Venerem cuius initio benevolentiam captat cum suam in eam pietatem commemorat & officia: mox narrat. Nulla militia: nalg inquit frustra laborauit cum aliquem oppugnauit: ad amorem. Dediti: vulnerandum & incendendum amore. Quondam aliquando. Adamante. Adamas notissime duritici duarum violentissime naturae rerum: ignis ferrique. Contemptor hincino rumpitur sanguine & calido: cu[m] magne certat cui si admotus fuerit ferrum trahi non permittit: plinius auctor. E nostro celo: appellavit stellam & ita iam eum laudavit a nobilitate & forma: quorum alterius inter bona corporis numeratur: Alterum inter externa: protinus: non tamen statim nomen infantibus dabantur: sed nono die maius octauo feminis Macrobius. Est etiam nondina Romanorum dea a nono die nascentiis qui lustricus dicitur est autem lustricus dies quo infantes lustrantur & nomen accipiunt sed in manibus nonus octauus est feminis. Quondam tis bidulce: quod tibi olim secundum erat: ita enim uolebas. Arcu inermi: per cussimus inquit leuiter & parce: patritus: patritus appellati sunt qui genus duxerat a patribus quos Romulus elegerat: eiusdem anteerant conditionis athenis quos appellabat attarpiæ. Sicut scribit Dionisius Alacarnassus: qui sentit Romulum exemplo Atheniensium rem publicam instituisse.

Fulcratorisq[ue] deæ tenerum premit agmen amo[re] Signa petunt: quas ferre faces: quæ pectora f[er]gunt Imperet: an terris saeuire: an malit in undis A[n]t[er] miscere deos: an adhuc uexare tonantem Ipsius animus non dum: nec cordi fixa uoluntas in Fessa iacet stratis: ubi quondam conscia culpæ Lemnia repserunt: deprenso uincula lecto Hic puer e turba uolucrum: cui plurimus ignis O re: manuq[ue] leui nunq[ue] frustrata sagitta Agmine de medio: tenera sic dulce profatus Voce pharetrati pressere silentia fratres Scis ut mater ait nulla mihi dextera segnis Militia. quencunq[ue] hominum. diuumq[ue] dedisti Vritur: at quondam lachrymis & supplice dextra Et uotis precibusq[ue] uirum concede moueri O genetrix: duro nec enim ex adamante creati Sed tua turba sumus: clarus de gente latina Est iuuenis. quem patritiis maioribus ortum Nobilitas gausa tulit: præsagaq[ue]: formæ: Protinus e nostro posuit cognomina cælo Hunc egomet tota quondam tibi dulce: pharetrah Improbis. & densa trepidantem cuspidi fixi Quamuis ausoniis multum gener ille petitus Matribus edomui uictum: dominæq[ue] potentis Ferre iugum: & longos iussi sperare per annos Astillam summa leuiter sic namq[ue] iubebas Lampade: parcentes: & inermi strinximus arcu Ex illo quantos iuuenis premat anxius ignes

Hippomenez! per cōparatione; ignes stelle amplificat Hippomenes Megareus captus forma Atalantę filię Echīnei, quę cum procis cursu certabat, ea lege ut uicti necarentur uictori ipsa nuberet. In certamen descendit tribusq; malis aureis quę Venus dedit i stadio effusis puelle cursum retardauit: quę & ipsa a tam formoso vincere cupiebat: sed immemor beneficii, & Veneris oblitus poenas dedit: nam amoris impatiens Atalantam in templo Cybelis compressit: obquam impietatem: ira numinū uterq; in leonem uersus est. Iuuenis abidenti: leandri: nam Abidos

Testis ego attonitus: quantum me nocte dieq;  
Vrgentem ferat: haud ulli uehementior unquam  
Incubui genitrix: iterataq; uulnra fixi  
Vidi ego: & immitti cupidum decurrere campo  
Hippomenem, nec sic meta pallebat in ipsa  
Vidi & abideni iuuenis certantia remis  
Brachia: laudauicq; manus: & sepæ natanti  
prælusi. minor ille calor: quo sœua tepebant  
A equora. tu ueteles iuuenis transgressus amores  
Ipse ego te tantos stupui superesse per æstus  
Firmauiq; animos: blandisq; madentia plumis  
Lumina detersi: quotiens mihi questus Apollo  
Sic uatem mærere suum: iam mater amatos  
Indulge thalamos: noster comes ille piusq;.  
Signifer: armiferos poterat memorare labores:  
Claraq; facta uirum: & torrentes sanguine campos  
Hic tibi plectra dedit mitisq; incedere uates  
Maluit: & nostra laurum sub texere myrtho  
Hic iuuenum lapsus: suaq; aut externa reuoluit  
Vulnera: proh quanta est paphii reuerentia mater  
Numinis: hic nostra defleuit fata columbae  
Dixerat: & teneræ matris ceruice pependit  
Blandus: & admotis tepefecit pectora pennis  
Illa refert uultu non aspernata rogari

carmine & stilo. Subtexere laurum myrtho. Anteposuit inquit Myrthum & Elegiacum carmen qđ Veneris est lauro & grauiori stilo nam myrthus est dicata ueneri: idcirco electa est pro uerbena in coniunctione Sabinorum & Romanorū qm̄ ut scribit plinius coniunctioni & huic arbori praeest uenus quin & ara uetus fuit ueneri myrthę quam postea murthiam dixerunt. Liuinus ad murtię datę sedes. Plutarchus in questionibus καὶ γαρνη πήνυρκιανα ροδι τη καλυστικητιασ το παλαιον ωσ οικεν ανουμαξιόν : Laplus in amorem: Vulnera: gemitus amans tum. Nostrę columbę argute scribit pietatem in uenerem: quod stella ob amorem tantum egerat: nam carmine defleuit columbam mortuam quam in delitius habebat Violantilla: ea autē est Veneris avis et catullus passerem lesbic. Martialis. Stellę delitium mei columba. Verona licet audiente dicam uicit maxime passerem catulli Inscriptio operis erat: columba. Tepe fecit pectora: tanta inquit uis cupidinis erat ut pectora etiam Veneris tepefecerit. Non aspernata rogari: inuens se nō inuitā audiuisse preces quo uerbo iā assēlionē ueneris futurā demonstrat.

& Sestos oppida sūt ad hos belles ponti utroq; litto read stadia. xxx. inter se distant a portu in portum pōtis locus est paulum ab urbibus digredienti ad seston locus: quidam apobathra dictus ad que, ratis iuncta fuit abydum milesi condere gygelydorum rege pmittete Theopompus ait seston paruam esse sed muniam: Leander ero sestia: cam amans ex abido noctu natabatī ulteriore ri pam: proferente illa exturri lumē: sed tempestate de prebensus perit: utrumq; pinxit apelles nobili gloria: apud seston insignis tumultus erat Iouis & virginis ubi aquila: quae a uirgine educata uiuam coluerunt: in mortue rogam se conicit: Vatem suum: suę tutelę. Sic moerere: sic angit. Labores armiferos: bella & arma poterat inq; heroico carmine omisis a moribus gesta scribere: Sz tñ maluit in elegia uersari q tua est. Mitis. remissiore

Grande notum: grande munus. Idem Martialis perpetuam stellę dum iungit ianthida uati le  
ta uenus: dixit: plus dare non potui. Pierius iuuenis: stella poeta: Cui: id est cum qua forma  
incertum inquit est maiorne sit laus formę in ea an nobilitatis: nam utrumq; est summum. A  
momum. Assyrium est nascitur etiam in Armenię parte ocene media ponto. Inter unguenta cui  
nibus adoptatur: prosluit: excrevit: Suggestum: globum Metire: considera. Con  
surgere. nam Venus ex spuma maris nata concha in littus delata dieitur: uude conchę ueneri di  
cate sunt & uenereq; dicū:  
tur propertius & uenit e ru  
bro concha ericina mari.  
Martialis: leuior o cōchis  
galle cytheriacis eadem ra  
tione Iulius Cēsar Veneri  
genitrici dicauit thoracem  
quam ex Britanicis marga  
ritis factum uoluit intelligi  
& dueq; conchę quę nauem  
a Periandro traxit: ut nobis  
les pueri caltrarentur reti  
nuerunt in Veneris gnidiae  
templo colebantur. Qua  
tuor autem Veneres colunt  
antiquitas ut Cicero in na  
tura deorum docet quarum  
secunda ex spuma procrea  
ta fertur secundum cupidis  
nem ex Mercurio peperis  
se digna inquit erat Violan  
tilla meis natalibus: nō enī  
ē me īferior forma. Ipsi  
ad ipsius iusta. Erra  
retis: ei pararetis non mihi  
Huic: laudat eam a ma  
gnitudine animi Vincit o  
pes animo. non est inquit  
contenta opibus quas ha  
bet: animi magnificentia:

Queritur iam seras: auaros conqueritur seras esse auaros in depectendis lanis e syluis suis q;is  
ut putat paureas mittunt. Seres populi qui in cognitionem uenerunt Romanorum opera liber  
ti An: plocanii qui cum uectigal maris rubri pro domino exigeret: uentis pr̄ter carmam ad  
hyppuron delatus effecit ut Rex a quo suscepitus fuerat h̄spito miserit legatos Romā: qui do  
cuerunt seras populos esse qui arbores haberēt unde canitatem frondiū aqua perfusa depecterēt  
ea filia redordiebantur a mulieribus Romanis indeq; siebant tenuissimę matronarū ueltes: seres  
ea lingua dicuntur syluarum nobiles. Virgilius. Vellerac; ut folis depectant tenuia seres Au  
gultum nemus: sacrum nouo & isolito foetu. Germina Clymenea. Succina quę dicuntur fluere  
lachrymis sororum p̄haethōtis: quę dicuntur solis filię & Clymenes: nam h̄ec in delitus matro  
narum habebātur eadem pene auctoritate qua gemmę ut scribit plinius Ouidius. De ramis elec  
tra nouis que lucidus annis excipit & nūribus mittit gestanda latinis: Diodorus insulam in Scy  
thię refert supra galliam in oceano quo tempestas plurimum electrum euiciat nūsq; alibi repertū  
plinius fabulosiora de electro multis uersibus insectatur Ηλεντρων̄ sol dicitur per epitheton: a  
cuius lucis similitudine electrum est appellatum. Electrum item aurum est quinta parte argenti  
nam si excutis in crudibus non resistit. Homerus scribit Menelaū reginam auro electro argēto

Grande quidem: ratumq; uiris: quos ipsa probauit  
pierius uotum iuuenis cupit: hanc ego formæ  
Egregium mirata decus: cui gloria patrum  
Et generis certabat honos: tellure cadentem  
Excepit: fouic; sinu: nec colla genasq;  
Comere: nec pingui crinem deducere amomo  
Cessauit mea nate manus: mihi dulcis imago  
prosluit: celae procul aspice frontis honores  
Sugestumq; comæ: latias metire quid ultra  
Emineat matres: quantum latonia nymphas  
Virgo premit: quantumq; egomet nereidas exto:  
Hæc & ceruleis mecum consurgere digna  
Fluctibus. & nostra potuit considerare concha  
Et si flammifera potuisset scandere sedes  
Hasq; intrare domos: ipsi erraretis amores  
Huic q;uis census dederim largita beatos  
Vincit opes animo: queritur iam seras auaros  
Augustum spoliare nemus: Clymeneaq; deesse  
Germina. nec uirides satis illachrymare sorores  
Vellera Sidonio iam pauca rubescere tabo  
Raraq; longeuis niuibus crystalla gelari:  
Huic hermum fuluoq; Tagum decurrere limo.

ebore fusisse Helena calice; ex electro mineruę sacravit mammę suę mēsura. Deniq; phialę ex hac materia siebant ut apud Iuuenalē documus. Inda monilia id est margaritis indicis: que i māris fundo ab urinantibus perquiruntur: ex marindico preciosores ut scribit Plinius. Sorores uires: Iorores phaethontis ueritas in populos: Crystalla gelari. nā crystalla maximū luxus apud Romanos: non nisi ubi maximę Hibernę niues rigent glacieq; reperiuntur ut scribit Plinius: unde Gręci nomen dederunt nam κρύον significat gelu; de hoc plura apud pliniū libro. xxxvi<sup>8</sup>

Nec satis ad cultus: huic Inda monilia glaucum  
proteaq;: atq; omnem nereida quaerere iussi  
Hanc si Thessalicos uidisses phoebe per agros  
Erraret daphne secura: in littore naxi  
Theseum iuxta foret hæc conspecta cubile  
Gnosida desertam profugus liquisset & euhan  
Quod nisi me longis placasset Iuno querelis  
Fallas huic penas: & cornua sumeret: æthrae  
Rector: in hanc uero cecidisset Iuppiter auro  
Sed dabitur Iuueni: cui tu measūma potestas  
Nate cupis: thalami quis iuga ferre secundi  
Sepe neget moerens: ipsam iam cedere sensi  
Inq; uicem tepusse uiro: sic fata leuauit

naturalis histonę: Solinus quędam aliter scribit de eo dē: protea: proteus Ido theę pater cuius puelle cō filio Menelaus ut apud Homerum refert deum lubri, cum & se in uarias formas uertente; uinculis detinuit? & dare oraculum coegit? erat enim uates Diodorus uero eum ēgypti regez suis se scribit: qui quoniam omnium artum erat peritissimus & astrologię dictus ē in uarias se formas uertere: ad hunc nauigauit paris rasta helena ut scribit Hero dotus: ut fabulę ferunt tenuit palenem Macedoniae deinde carpathon insulam maris ēgyptii Sylius finxit eum tenuisse capreas campanię apud lycophronem preterea inuenio proteum palenem macedoniae habitus cum Teleogeno & Tilo filiis qui quoniam ho

spites palestra superatos necabant pater filiorū impietate offensus a Neptumno patre impene traut ut in ēgyptū ducere quod ille cōcessit factis antris in fundo mariis quibus illuc commearet filii ab Hercule sublati sunt: Hanc si magnū testimoniu de forma Violantillę ex Veneris persona: que hanc Daphne anteponit. Si inquit uidisses hanc o phoebe neglexisses: Daph nem: haec filia pene fluui fuit: ex Grecis tamen nonnulli & papiniis in thebaide scribunt eam fuisse filiam Iadonis: ut uero partenius scribit eo libro quem de amantibus compoluit Amicle si fuit filia: quam ne per uim Apollo stupraret Iuppiter in laurum arborem conuertit. In littore naxi: Coniunge hoc cum sequenti uerisu: & si inquit in littore naxi haec conspecta fuisset. Bacchus & Theseus Ariadnen contempserint. Naxos iſula antea dia dicta est: & Strabo cum de Naxo mentionē facit diam ait. Idem tradit Diodorus ex quo depravatam dictionem apud Out diū: uam chion prodia illic nonnulli scripserunt & uersum illū emendauius qua breuis equoreis dia fertur aquis: cū antea perperā legeret India fert aquis: Gnosida: Ariadnen filiam Minois

Gnosid. 1. Cretensis: nā Gnosos Minois regia fuit ab eodē cōdita ut scribit Strabo & Diodorus. Quod nisi: nisi inquit Iuno rogasset ne hoc pmitterē rector ethre Iuppiter iduisset falsas pennas & fecisset le auē p bac ut p ledā uerlus est in cycnū: & taurū se effinxisset ut p euro pa: aut manasset aurū ut fluxit i ſinū danæs: Huic i gratiam huius Violantillę. Iuueni. Stellae

Dabittur: cui dari uis occupido quenuste amorem violantillę & stellę poetę profitetur cum in cupidinis gratiam nuptias celebrari singit. Thalamī secundi: nam Violantilla uidea erat:

gorgophone per se, filia ut scribit Pausania mortuo periuge eoli filio; nupsit oebalo; In de secunda matronia usurpari coeperunt: antea incognita. Culpa enim uidetur & pudoris cō temptus secundo nubere. Inde quē non nubebant uideuae coronabantur mortuē ut uirgines: qd Valerius scribit: & dido secundas nuptiasculpam appellat. Tepuisle inuicem: id est uicissim pudorem autem innuit Violantillē quē ardente stella iam diu: uix tandem teput. Amycleos olores: biga ueneris duobus oloribus trahitur quos amycleos per et pio epitheto appellarunt poete: ex quo Iuppiter sub forma cycni cum lēna con cubuit. Nam Amicleos op pidum laconię patria Hele ne castoris & pollucis.

Nitidos penates: Violantillē: qui altitudine sua erāt tanq̄ moenia & arces tybrī dis. Digna deę: conueniens ueneri: Nec sordet a nitidis astris: nec cōtēnit auenere q̄ i astris eē solet n̄ ei; uidet hęc iferior sede ce lesti. Hic libycus: Marmora diu ignota fuerunt & ex his columnę tantum in templis deorum non luxus sed roboris causa ponebantur: mox in priuatas ędes luxus recepit. Libycus: numidicum marmor intelligit quod ex numidia libyę . M. Lepidus primus om-

nium ostendit Romae limina domus ex eo faciendo? Phrygius: Marmor sinadicum intelligit: Nam sinada Phrygię oppidum ad sexaginta stadia p̄ximum habet uicum Docimam ubi marmor fodiebat q̄ i colę docimite uel Docimeum: Romani sinadicum appellantur: ex quo columnae siebant ingentes: colore alabastrite similes. Saxa laconum: marmor laconum pretiosissimum. ut scribit Plinius uride cunctis hilaris! Onix: Marmor quod onychitem uocat plinius in Arabię montibus nec usq; alibi id nasci putauerunt antiqui colorē unguis habet unde nō accipit: nam onyx significat unguem. Flexum: dixit quoniam in uaria opera flectebatur uasa scilicet potoria pedes lectorum sellasq; ut nepos tradit: magno fuit miraculo cum. p. Lentulus spinther amphoras ex eo & urceos ostendit: Cadorum magnitudine: Callistus Libertus Claudiū triginta columnas in scena sua inde ostendit. Vena concolor mari: porphyritem notat: nam mare purpureum dicitur ab Homero & Virgilio & porphyrites marmura colore purpureo nomen accepit plinius. Rubet porphyrites in Aegypto: Rupesq; ex superior pendet: nam rufus porphyritem intelligit. cuius colorē apertius designat: cum ait purpuram eo. uincit: Quis: iuxta quę marmora. purpura oebalis. Lacedemonia: nam purpura getulica? Lacedemonia: Tyria: apud antiquos commemoratur. Liuet: uidetur habere colorē liuidum a deo superatur. Moderator: murex unde tingitur purpura tyria. pendit porticum deligat: Robora: laquearia inquit plinius nunc & in priuatis domibus auro teguntur: post cartaginem euersem primo inaurata sunt in capitolio censura. L. Mumii: Inde transiere in careras: in parietes quoq; qui & ipsi tanquam uasa inaurantur. Metallo dalmatico: id est auro: nam aurum inuentum est in Dalmatia principatu Neronis: in metallis quae quinquagenas horas quotidie effundebant. Martialis ad Dalmatam felix auriferae colonae terrae,

Syderos artus: thalamicq; egressa superbū  
Limen: amiclyeos ad freна citauit olores  
Iungit amor: lätamq; uehens per nubila matrem  
Gemmato temone sedet: tam tybridis arces  
Iliacæ pandit nitidos domus alta penates  
Claraq; gaudentes plauiserunt limina cycni  
Digna deę sedes: nitidis nec sordet ab astris  
Hic libycus: phrygiusq; silex: hic dura laconum  
Saxa uirent: hic flexus onyx: & concolor alto  
Vena mari: rupesq; nitent: quis purpurasæpe  
Oebalis: & Tyrī moderator liuet aheni  
pendent in numeris fastigia nixa columnis:  
Robora dalmatio lucent faciata metallo  
Excludunt radios syluis decussa uetus

Frigora: Nemus arboribus consitum scribit: id erat ī c̄dibus Violantillę iuxta fontem ut etiā Martialis scribit eo epigramate fons domine regina loci quo gaudet Ianibis. Frigora: a con sequenti quod p̄cedit intelligit: nam cum ex umbris frigora fiant hoc pro umbris accepit.

Decusla: id est incusa. Sylvis uetus: altis & densis arboribus. Excludunt radices: arcent sole Temperat sibi moderatur pro sua uoluptate Annum tempus anni Idalias domos? Idalium nemus Cypri dicatum Veneri ut scribit plinius. Hęc locagratissima erant Veneri Cy-

Frigora: perspicui uiuunt in marmore fontes:  
Nec seruat natura uices: hic sirus alget  
Bruma tepet uersumq; domus sibi temperat annū:  
Exultat uisu tectisq; potentis alumnæ  
Nō secus alma uenus: q̄ si paphon æquore ab alto  
Idaliasq; domos: ericinaq; templa subiret  
Tunc ipsa solo reliquem affata cubili.  
Quo nam hic usq; sopor: uacuiq; modestia lecti  
Om̄ihi laurentes inter dilecta puellas.  
Quis morum fidei modus: nunq; ne uirili  
Submittere iugo: ueniet iam tristor ætas  
Exerce formam: & fugientibus utere donis  
Non ideo tibi tale decus uultusq; superbos  
Meq; dedi uiduos ut transmittare per annos  
Ceu non cara mihi: satis o nimiumq; priores  
Despexisse procos: at enim hic tibi sanguine toto  
Deditus: unam omnes inter miratur amatq;  
Nec formæ nec stirpis egens: nam docta per urbē  
Carmina: qui iuuenes: quæ non didicere puellæ.  
Hunc & bis senos sic indulgentia perga.  
præsidis ausoni cernes attollere fasces  
Ante diem: certe iam nunc cybeleia mouit  
Limina & euboicæ carmen legit ille Sibyllæ

prus. Erix Sicilię. Cythera  
Syria ut refert Diodorus:  
erycina: ubi templum ha-  
buit multis mulieribus mi-  
nisterio suo dicatis desitus  
tutum tamen temporibus  
Tibeni: Quo nam: ora-  
tio est Veneris ad Violan-  
tillam secundas nuptias sua  
dentis exordium sumptum  
a reprehensione corporis  
& frigide ignauiae: quam li-  
berius uenus exequitur in  
alumnam suam Aetas tri-  
stor: senectus! Exerce  
formam: cape fructum ex  
forma tua Donis: doni-  
bus naturę: despexisse: pu-  
dorem Violantillę indicat  
quae multos procos eluse-  
rit: Nec formę nec stir-  
pis egens: & formosus &  
nob̄lis a bonis externis iu-  
uenez commendat: Car-  
mina: doctrinaz laudat que  
est in bonis animi: leguntur  
inquit eius carmina per to-  
tam urbez: Hunc & bis  
senos: ominatur ei consula-  
tu: de quo anxius erat stel-  
la & : Martialis phoebum  
rogat pro eo ut ad consola-  
tum faueat: eo epigramma-  
te. Campis dues: Apol-  
lo sic murinis: Sic optan-  
tis est. Indulgentia: be-  
nignitas. præsidis au-  
xi. Domitian. Mout

cybelera limina: id est praetor fuit: nam praetores habitu triumphali preerant ludis megalesia-  
cis id est cybelegis: in quibus ludo edidit stella pro uictoria farmatica Domitian: de quo mar-  
tialis . Quos cuperet phlegrea suo uictoria ludo indica quos cuperet pompa lyee suo quā-  
uis aliter in nostris sit commentariis: Legit carmen Sybillę. Duumvir est olim quindeciz erat  
uiri legendis libris Sybillinis: quos tamen nō legebant iniussu senatus ut scribit Lilius: aliquā ua-  
nato nūero fuerūt duo: parēs latius. Domitianus laus Impatoris quē p̄m latiū appellat:

Fas mihi possum: inquit cum sim dea illius mentem & animum cognoscere Dacas quæ est gloria maior. hunc uersum mendolum & syllabis olim uaccillantibus in hos numeros redigimus: dabit inquit Domitianus erogium ut ludos celebret pro uictoria sua farmatica: quo s' fiellam edidisse ex testimonio Martialis ante confirmauimus. Dacas exuias: id est uictoriā de Dacis & Lauros recētis: nā de farmatis laurū tantū intulit Ioui capitolino Domitianus: neglexitq; triūphū qd Mar. epigrāmate testat & scribit Trāquillus Mar. q spectatorē te tun laurus habet.

Celebrare. i. celebrādas  
ludis. hec inqt est maior eius  
gloria! Quae est maior  
gloria. Ergo: p oratio est  
cumulo quodam exemplo  
rum excrescens. Deme  
ocia iuuent̄: Exerce iquit  
inuentam. Alitum. Lu  
cretius item de Venere A  
eriq; primum uolucres te di  
ua tuumq; significat binitū  
percusse corda tua ui. Inde  
ferē pecudes persulant pa  
bula leta. Soluo ipsuz ethē  
ra tūc ingt me duce ethē  
exercet connubia cum ter  
ra cum pluviq; in terram. de  
scendunt. Idem columella  
in hortis: Nec genitrix  
idest terranati tunc asperna  
tur amores. Raptorem  
deorum: qui eripuit deos  
ex incēdio: Dardana fa  
cerdos: Illa virgo uestalis:  
Sacra autem ueste erat dar  
dana & ex troia allata alibi  
diximus. Furto: adulter  
io. His mulcet dictis:  
Iam mulcetur Violatilla &  
de nuptus cogitat. Aste  
ris: α&τηρ Grece latine si  
gnificat stellam. Inde foemi  
nium est asteris formatum  
quasi stelleis: i: amica stel  
le quod nomen poeta for  
mauerat inserueratq; carmi

ni quod inscribebatur asteris: ortu solis: Quantum non clamatus bylas! nam hercules amis  
sum bylam diu clamauit. Flacus in tertio ruris bylan & ruris bylam per longareclamat auia:  
responsant sylue & uaga certat ymago. luuenalis & mulrem quesitus bylas hic filius Theodas  
mantis fuit raptus ab Hercule: ut ex commentariis Apollonii alibi docuimus in bitynia eges  
sus aquatum secutusq; ceruam immisiam a Iunone ut canit Flacus: cum uenisset ad littus raptus  
ē a choro Nympharum: Theocritus ab oibus nymphis raptū in tradit Onasus i primo amazo  
nicorum eum in mare lapsum & mersum scribit: Nicandrus in secundo ab oibus raptū: Apollo  
nius ab una tantū: Macte toris. applausus ē: & cōgratulatio felix iquit & beate tatis nuptus?

Iamque parens latius: cuiusprænoscere mentem  
Fas mihi purpureos habitus iuueniq; curule  
Indulgebit ebur: Dacas quæ est gloria maior  
Exuias laurosq; dabit celebrare recentes  
Ergo age iunge thoras atq; ocia deme iuuent̄  
Quas ego non gentes: quæ nō face corda iugauit  
A lituum pecudumq; mihi duriq; ferarum  
Nō tenuere greges: ipsum incōnubia terræ  
Aethera cum pluviis rarescunt nubila soluo  
Sic rerum series mundiq; reuertitur ætas  
Vnde nouū troiæ decus ardētumq; deoꝝ  
Raptorem: phrygio si non ego iuncta marito  
Lydius unde meos iterasset tybris iulos  
Qui septem geminæ posuisset moenia Romæ  
Imperi latiale caput: nisi dardana furto  
Coepisset matrem: nec me phibente sacerdos  
His mulcet dictis: tacitūq; inspirat amorem  
Cōnubii: redeūt animo iam dona precesq;  
Et lacrymæ uigilesq; uiri ppe limina questus:  
Asteris & uatis totam cātata per urbem  
Asteris ante dapes: nocte asteris: asteris ortu  
Quātum non clamatus bylas: iamq; aspera coepit  
Flectere corda libens: & iam sibi dura uideri  
Macte toris: latios inter placidissime uates  
Quod duz permensus iter: coepitq; laboris

Tumidæ pisæ apta cōparatio: qua labor stellæ exprimitur in amore & tandem respiratio: nāz  
Alpheus qui iuxta Olympii Iouis templū labitur per subterraneos meatus in Siciliam peruenire  
dicitur ad Arethusalam cuius amore captus est nota fabula apud Ouidiū. Virg. in quarto georgic.  
Et tandem politis uelox arethusa sagittis & in tertio quenam. Alpheum fama est hoc elidis am  
nem: occultas egisse vias subter mare. Eustachius in. xiii. odissæ quatuor arethusalas fontes fuisse  
scribit. Syracusis Smyrne in calcedone in Itacha. Amnis Alpheus. sic eadem laboris con  
ditione qua tuin extenos  
amores aretuse sicutile.

prendisti portus: tumidæ sic trastuga pisæ  
Amnis in extenos longe flammatis amores  
Flumina demerso trahit intemerata canals  
Donec sicanios tandem prolatus: anhele  
Ore bibat fontes: miratur dulcia nais  
Oscula: nec credit pelago uenisse maritum.  
Quis tibi tunc alacri cælestū munere claro  
Stella dies: quāto salierunt pectora uoto  
Dulcia cum dominæ dexter cōnubia uultus  
Annuit: ire polo nitidosq; errare per axes  
Visus: amykleis minus exultauit harenis  
pastor ad ideas helena ueniente carinas  
Thessala nec talem uiderunt pelea tépe  
Cum thetin æmoniis chiron accedere terris  
Erecto prospexit equo q̄ longa morantur  
Sidera: q̄ segnis uotis aurora mariti  
At pcul ut stellæ thalamos sensere parati  
Latous uatum pater: & semeleius euhan:  
Hic mouet ortigia: mouet hic rapida agmina nyfa

Demerso canali. occulto  
meatu. prolatus, tandem  
emergēs: Nais. aretusa  
nympha Minus exultauit  
gaudium stellæ per cōpara  
tiōem ex antiquis historiis  
sumptā amplificat. Cuz  
thetin. thetis Chironis si  
lia ut uero Homerus tradit  
nerei. Peleo nuplit. pro  
spexit erecto equo pietatē  
patris expressit qui abeūte  
filiam q̄ longo potuit usu ē  
prosecutus. Erecto equo  
nam Chiron cētaurus erat  
media parte equus. Tē  
pe. locus thessalique de quo  
bēc plinius in eo cursu tem  
pe uocantur quinque milia  
passuum longitudine: & fer  
me sex latitudine: ultra uisū  
attollentibus se dextra le  
taḡ leuiter conuexis iugis  
intus sua luce uiridante alla

bitur Peneus uiridi calculo amoenus: circa ripas gramine canorus avium concentu.  
Votis mariti. o quam segniter inquit uenit aurora retardans uoluptarem & gaudia stellæ mariti  
ut illud martialis posphore redde diem quid gaudia nostra moraris. Cetare uenturo posphore red  
de diem. Latous. Apollo filius latone: nā λητο grecæ latona dicit: inde latous appollonius  
tamenī primo lato idem appellavit γειρατο κυδαλιμοισ ἐναριεν δν αιολιδησιν αντιδησ  
Nisa. arabiq felicis antrū ubi bacchus ē educatus. Sophocles in India scribit nifam quā cornu  
ger bacchus sibi obstetricem colit: ubiales nō clangit. Homerus qui quondam altricem bacchi  
sacrāq ruebat per nifā. nifa itē in asia iuxta trailes. neſei uero equi qui uelociſſimi erāt ut meminit  
Plato & Strabo nō hīc sunt appellati. Hiopoboton pratum quoddam ē per quod iter faciūt qui  
ex perside & Babylone in capias pfiscūtur ibi olim pasceban̄ equoz. I: milia que armata regia  
erant. Neſei equi quibus reges utebantur optimi & magni inde genus ducebant ut aliū putat ex  
armenia. Horū meminit etiā Plato i legbus sed q̄ eas in latinū uertit sermonē quom legeret illic  
νησαῖος: ιππούσηνησαι δύσ. i. neſeos equos trāslulit iſulares equos: nā νησαῖος putauit  
deriuatū ēē a νησοσ qd significat iſula parco illius nominis ne mortui umbrā iſectari uidear. Or  
thigia eadē Delos dicta qd optūz. i. coturnix i ea pmū uila sit: licet fabula canat sororē astreniem  
uersā i coturnicē i ea iſula nec ſepeliri nec cremari mortuos fas erat efferebāt i reneā iſulā distatē  
quatuor statius: nec illic alebatur canis ut docuimus in cōmentarius in ibyn primi illic laginare  
gallinas iſtuerunt ut Varro in re rustica & inde plinius id scribit idem preſtantia qnis nobilis

sunt? unde es deliacum: Corynthus in Iulam tenuerunt: duces mitridatis populati sunt: Romani instaurarunt. Orthigia item in Sicilia est. Lycii montes patara. nam Apollo sex mentes in Lygia ad patara colebatur. Regio est in minori asia: iuxta pamphilam a parte orientali a lyco pandionis filio nam prius Thermile dicebatur ut ait Herodotus.. Diodorus autem in sexto historiarum ita scribit Lycus deinceps cum in Lycaon uenisset templum Lycii Apollinis penes Xanthum fluum erexit Horatius nunquam ab humeris positurus arcum qui rore puro castaliq; lauit crines solutos. qui Lycię tenet dumeta Natalemq; sylvam Delius & patareus Apollo. Tymbra: campus in agro troiano & Tymbrus fluuius qui se in sciamā drum erumpit ad Apollinis Tymbre: templū hęc Strabo Quę nam autem herba sit Tymbra ex hortis conlumelle: & plinio alibi recitauimus. Illi. bacco.

Pangeus. mons thracię cuius radices abit orestus fluuius. Thyrsos. thiris utebantur in bacchanalibus. Ouidius: Serta cornis manibus frondentes sumere thyrsos: ea erat hasta aculeata obiecta hedera. Didorus de baccho huius scriptoris uerba gracula huius non recitabo: ne ea ostenta re videa. Sed latine ita a nobis facta sunt: in choreis & mulierum Thyrsis summa cum uoluptate educatur: Foeminarum exercitu qual Thyrsis instruxit orbē terrarum lustravit: non nullos se contemnentes hoc consilio edomuit: introducebat mulieres habentes mucronem ferri hedera circundatum quę reges imparatos

adortę superabant: & Peñtheus thyrsis est interfactus. Ouid. prima suum missio violavit penetra thyrsi Mater: Thyrsus pro furore: Lucretius: sed acutus percussit thyrsi laudis spes meum cor. Enthea tempora diuina: unde & musa entheus dicit. & uates entheus deo pleni: Graeca est dictio ερέστης. Omina socialia: nam omnia & auguria auspices captabat in nuptiis Mixta stola: matronę utuntur Ouid: quas stola cōtingi sumptuosa uita uerat plura in cōmentarius Iuvenalis diximus ex Horatio & aliis auctoribus: mixta inquit matronę plebeis: anguntur multitudine. Poste recluis Cantaturi habitum expresit: cogitat inquit hymen cantare rarum carmen quod elegantes stelle aures oblectaret. Vincula. In iugario uico urbis erat ara Iuno nis iuge: ubi ueteri ritu hubentes vinculis quibusdam iungebantur in omnem futurę concordie mendola est dictio apud Liuum iugularius uicus pro iugario insigni teda quem tantum

Huic licii mentes gelidæq; umbracula tymbræ  
Et parnasus honos: illi pangea resultant  
Ismaraq; & quondam genialis littora naxi  
Tunc caras ingere fores: comiticq; canoro  
Hic chelum: hic flauam: maculoso nebrida tergo  
Hic thyrso斯 hic plectra ferit: hic enthea lauro  
Tempora: minoa crinem premit ille corona  
Vix dum emissa dies: & iam socialia præsto  
Omina: tam festa feruet domus utraq; pompa  
Fronde uirent postes: & feruent compita flammis  
Et parcas immensæ gaudet celeberrima Romæ  
Omnis honos: cuncti uenient ad limina fasces  
Omnis plæbio teritur prætexta tumultu  
Hinc eques: hic iuueni questus: stola mixta laborat  
Foelices uterosq; vocant: sed in agmine plures  
Inuidere viro: iam dudum poste recluis  
Quærerit hymen thalamis Intactū dicere carmē  
Quo uate mulcere queat: dat iuno uerenda  
Vincula: & insigni geminat cōcordia teda  
Hic fuit ille dies: nocte canat ipse maritus  
Quantū nosse licet sic uicta sapore doloso

mares gestare poterant ut scribit plinius Ipse canat noctem Tuoluptatē noctis? Solus enī scit quantum licet nosse: quantū possum ego cōncere: Martia. ilia martia quē habuit rem cū marte: per exēpla sumpta a uirginibus pudorem uiolanthille exprimit. Turno spectante. alludit ad carmen Virgili accepit uocem lachrymis lauinia matris flagrantes perfusa genas: cui plurimus ignem subiecit rubor spectantem Virgi illum turbat amor figitq; in uirgine uultus: Clau dia: uirgo incessu suspecta uirginitatem probavit: cum nauem qua mater deorum uehebatur mira

Martia flumin ea posuit latus ilia ripa.  
Non talis nīueos strinxit lauinia uultus  
Cum turno spectante rubet: non claudia talis  
Respexit populos mota iam uirgo carina.  
Nunc opus aenidum comites: tripodūq; ministri  
Diuersis certare modis: eat enthea uitiss  
At tq; hederis redimita cohors. ut pollet ouanti  
Q uisq; lyra: sed præcipue qui nobile gressu  
Extremo fraudatis opus: date carmina fessis  
Digna toris: hunc ipse coapludente philetas  
Calimachusq; senex: umbroq; ppertius antro  
Ambissent laudare diem: nec tristis in ipsis  
Naso tomis. diuesq; foco lucente Tibullus  
Me certe non unus amor: simplexq; canendi  
Causa trahit: tecum similes iunctæq; camoenæ  
Stella mihi: multumq; pares bachamur ad aras  
Et sociam doctis haurimus ab amnibus undam  
At te nascentem gremio mea prima recepit  
parthenope: dulcisq; solo tu gloria nostro  
Reptasi nitidum cōsurgat ad æthera tellus

miraculo subsistentem inie  
cto cingulo sola subduxit:  
scribunt Livius in secundo  
bello punico: Valerius: &  
Sylus: 'Mota carina cy  
belis populo sub multitudi  
nem spectantem?' Hūc  
opus. poetas hortatur ad  
diem celebrandum: Co  
hors enthea. poetarū mul  
titudo deo plena. Phile  
tas. coui ex coo insula car  
pathii maris secundas ī ele  
gia tulit fabii iudicio & ut  
Strabo refert critic⁹ fuit. i.  
antiquorum scriptorum cē  
for quāvis Strabonis inter  
pres. Gr̄cam uocem se  
cutus. uocem in solitam la  
tinis reddiderit pro critico  
transferens iudicialem ē itē  
Cea insula quē ḡtēce khōs  
dicta est ī egeo cum quat  
tuor oppidis iullide patria  
Simōidis & Bachilidis poe  
tarum. Cartheia. Cerel  
sa. phocessa: mendosa ē di  
ctio apud Strabonez phor  
cessa. ea patria fuit pamphili  
les platis filiē. quē p̄ma do  
cuit uestes bōbicinas texe  
re mira subtilitate: unde ue

flem coam dicimus. Calimachusq; senex. hic cyreneus a batto oriundus qui cyrenas condi  
dit primas in elegia tulti testimonio etiam Strabonis. Sed de philetate & Calimacho plura scribe  
mus in epicedium patris poetę in quinto huius operis: Antro nmbro. ad patriam poetę allu  
dit: quē meuania fuit in umbria. Diuesq; foco. qui se diuitem dicit foco lucente dum meus al  
siduo luceat igne focus: Thomi. oppidulum ut ait Strabo in ponto a TEUNIO quod est in cido  
nam illuc Medea fratrem dicitur discerpisse: Sed tamen ut ex carmine Apollinirhodi diximus  
& illius interpretis testimonio: Strabonisque confirmatur auctoritate fratrem medea discerpit  
ad absyrtidas insulas orç illyricę: unde ab absyrtido absyrtidas sunt appellatae. sed de hoc plura ī  
commētarius in ybin diximus. Simplex. cānon una causa sed due: & tua sc̄ilicet qui mibi uicul  
studiorum coniunctus es: & uiolātillę quē c̄st mea ciuis & popularis: est enim parthenopea.

At te: o uiolātilla. Hoc disiunctive legēdū nā quom āt qdā coniunctim legere cū superioribus  
falsum hinc accepereū testimoniu esse parthenopē cum sit patauinus teste. Martiale. Hoc  
enīz quod ait. At te non adstellā: sed ad uiolanthillā referēdū ē. Tellus eobois parthenope.

quam olim tenuerunt non solum eumani sed & chalcidenses ex euboia ex pythecus item & Athenis a quibus incolis dicta est Neapolis. Sebetus. sebetus fluvius iuxta Neapolii ex cuius nymphae telon qui capreas tenuit oebalum suscepit columella. Doctaque parthenope sebetide roscida lympha: glorie*t*iquit Neapolis tali ciue aluna qualis es nec lucrinus lacus aut sarnus pō peranns plus gloriani poslunt suis nymphis quam Sebetus uiolatilla: uult. n. uiolantillam uident nymphā sebeti fluum Neapolitanū: nec sibi placeat magis nō se magis extollant: Nec ocia recessus & amēnitates.

placeant magis. s. sibi & se effterant. Sarni pōpe iani nā sarnus flum⁹ abluit herculem pompeianum. Qui legant leges. qui sint boni ciues intoga. Legat castra. qui sint utiles foris:

Parcat: ne rugolum uen trem pariētis reddat & māillas pendentes: aut in di scimen utrē doloribus con uiciat p̄petuus uiderit hoc si quam iā peperisse pudet. quibus uerbis taz bene op pat ultimis epitalami uerbis. quā toto carmine al surrexit: cuius calor omnis in hunc exitum & leta oīa souebatur.

Euboisi: & pulchra tumeat sebetus alumna  
Nec sibi sulphureis lucrinæ naiades antris  
Nec pompeiani placeant magis oīa sarni  
Eia age preclaros latiō properate nepotes  
Qui leges: qui castra legant: qui carmina ludant  
Acceleret partu decimum bona cynthia mensem  
Sed parcat lucina precor: tuq; ipse parenti  
parce puer: ne mollem uterum: ne stantia lādas  
pectora: cumq; tuos tacito natura recessu  
Formarit uultus: multum de parte decoris  
plus de matre feras: at tu pulcherrima forma  
Italidum: tandem merito possessa marito  
Vincla diu quesita foue: sic damna decoris  
Nulla tibi: longe uiridis sic flore iuuentæ  
perdurent uultus: tardeq; hæc forma senescat

## DOMITIVS AVGV STINO:

Mirari soleo Augustine cū huīus poematis uirtutes in tueor. modo remotas iuentiones: modo carminis elegantiā: modo fabulas & historias reconditas: sed in hac uilla tiburtina iā qua tā multis uerbis lasciuuit id mihi p̄cipiuū uidetur iō eam non tam describit: quā energia quadam carminis a fundamētis inchoans ad tectum perducit instruitq; & ornat totam: nōne spatiare uidenſ tibi ipsi cū hoc carmen legis & i penetralia ulli illius a poeta ducit: hēc utraq; anīeis ripa i fornicē cōlūgebat thermasq; habebat: & plurimas signa: si cuiq; forte da ēst ē ut i uilla Manlii uopisci fuerint: hic nec cāculares estus lensit: nec leōis calorē: nā algodaz est totis tectis & mira amenitas. Tibur: uillā tiburtinā Glaciale. algetē tibur. Catillus ap̄bi, rati fili⁹ post p̄ris īteriuū oīeli au i Italiazūēit: cū tribus filiis corace. ut aliū scribūt Cora. Cattillo Tiburte. Condiditq; oppidum. Sylus hinc tibur catille tuum: plinius tiburtem conditōe fuisse scribit: quē tradit cēpisse auguria iuxta tres silices quē sua ētate adbuc uirebant: secesu & exilio mitiori locus fuit tibur. Cato in originib; testatur a Catillo arcade p̄fecto clasis euandri conditū. penates geios in seruo aniene. Duplicem domuz quē ab utraq; anienis ripa coniungit. Aut potuit. felicitate quadaꝝ adeptus ēut hoc haberet. Noscere: sentire. Cōmeria: coniunctionē per fornicē. Ripę. anienis. Socię. cōdificio utrāq; coniugēte: Anio. flu. ex mōtibus trebanoꝝ ori⁹ triſq; lacus efficit: unde sublacuo datū ē nom̄ ut scribit plini⁹ eius me mit tacitus in dapibus nerōis. Strabo ex alba iō t Marlorū oppido labitur p̄ter latinā in tiberiꝝ.

## TIBVRTINVM MANLII VOPISCI.

Ernere facundi tibur glaciale uopisci  
Si quis & in seruo geminos aniene penates  
Aut potuit sociæ cōmeria noscere ripę

Villas. domum. Certantis conantes amplitate sua? Defendere sibi dominum. seruare sibi dominum incolorem? Sirius estus: canicularis de quo alibi dicemus. Latravit estu laces sicut: usus autem uerbo est conuenienti canicula: nam syrius canicula est. de quo plinius hoc nam canicula ex ortu accendi solis uapores quis ignorat. Cuius syderis effectus amplissimi in terra sentiuntur feruent maria exortente eo: fluctuant in cellis uina mouentur stagna. Origen appellat Egyptus feram: quam in exortu eius contristare & conueniri tradit ac uelut adorare quom iter-

Certatisq; sibi dominum defendere villas:  
Illum nec calido latravit syrius astro  
Nec grauis aspexit nemees frondentis alumnus:  
Talis hyems tectis: frangunt sic improba solem  
Frigora: piseumq; domus non aestuat annum  
Ipsa manu tenera tectum scripsisse uoluptas  
Tunc uenus idalius unxit fastigia succis  
permulxitq; comas: blandumque reliquit honorem  
Sedibus: & uolucres uetuit discedere natos  
Olongum memoranda dies: quæ mente reporto  
Gaudia: q; lassos per tot miracula uisus:  
Ingenium quæ mite solo quæ forma beatis  
Arte manus concessa locis: non largius usquæ  
Indulxit natura sibi nemora alta citatis

nuent hyginus hunc fusile canem tradit custode Euro peuel Icaru. quod etia; tra dit Ouidius in fastis canis i quit hyginus habet i lingua stellam: quæ canicula appellatur. In capite autem altera q; isis statuisse suo noie ex istimat & syron appellasle pp flamen cadorē q; eiusmō sit ut p̄ter ceteras lucere uideat: Itaq; eā magis cognoscet syron appellasle: nā & Isis Syria fuit. quis scrip ta uaria: ut scio quodā grecos aliter scripsile itepres areati apud grecos tradit uinti stellas esse in corpore canis i celo: s; de Syro ha cten Alanus nemees. leo i nemea silua educatus: nec si singt q; fuit i Tiburtiamā lli. Iesus ē estu solari q; maxi

me sequit cum sol est in leone: inter cleonas oppidum ut ait Strabo & philontem agri Argui surgit Nemea sylua ubi leo interfactus est ab Hercule translatus in celum: uel q; sit princeps ferarū uel quod primus fuerit labor Herculis: uel q; eum inermis necauerit: ut pisandrus scribit & hyginus refert. Aspexit: afflauit: Grauis. estu molestus? Talis epiphonima est: id est acclamatio ut illud uirgilianum Tantē molis erat romanam condere gentem: quod Fabius obseruauit & docuit. Talis hyems. adeo temperatus algor est in hac ripa. Improba frigora. Frangunt solem. leniunt estum. eadem metaphora usus Cicero. Dum se color fregerit. Domus. villa hec: Non aestuat annum piseum: id est partem anni calidam & nimio estu flagrantem: nam cuz ad pisam in olympia ludi celebrabantur: & estuum erat tempus. ut docet pindarus & multitudine hominum conuenientium estus augebatur. ipsa uoluptas manus sua inquit ipsa uoluptas tectum villae pinxit dicitur: ego tamen hunc locum mutilatum esse crediderim? Succis idalius: cyprius ab idalio nemore ei dicatout scribit plinius. permulxitq; comas. uille uolucres natos. Vetuit. inquit cupidines hanc villam habitare. Olongum memoranda dies: grata poetæ acclamatio & admiratio: nam & gratiam refert percepte uoluptatis in villa: & auctorita tem dat carminis suo dum ostendit hoc non esse fictum quod scribit sed testimonium: cum illic fuit & specuauerit omnia. Memoranda longum. eterno memoratu digna Quæ. figurate legendum. ut dicas o qualia carmina. Tot miracula. tot res in villa admiratione dignas: Ingenuum quam mite solo. Descriptionis initium: primaq; laus uille ab ubertate soli & altera ab artificio edificii. qunam mite ingenium o quam mitis natura est soli ubi condita est villa. Quae forma. o quam elegans forma edificii Est concessa. tributa: Locis beatis. locis fertilibus & solo feraci Arte manus architecti: Non largius. nusquam inquit natura ipsa tese concessit & effudit maiore benignitate: atq; ita incipit laudare in villa succū naturalem. Incubuere. i. ipēdēt.

Vadis. alueo antenis! Cittatis. cursum labētibus Fallax iuago · quā frondes. s. rep̄ntat ī aqua!  
Responsat frondibus rep̄ esentat frondes in aquis umbra si ondū. Fugit: p̄tendit. Per  
longas undas: per longū spaciū antenis. ipse anten in oībus codicibus quos adhuc vidi hę duę dic  
tiones ita scriptę sunt. Ipsa autem. ego uero admonitus epitheto qđ segtur. Saxeus. aduer  
tentę mentionē antea factā flumis anten ita legēdū affirmauerū ut emēdau. ipse anten: nā anio  
dī & anten: & antene cā uocādi dixit p̄pertius. Saxeus · labēs alioquin p̄ faxa & strepēs.

Infra & supēr. superiori & i  
feriori parte uille. Hic.  
cum abluit uillam uopisci:

Somnos auentes carmi  
na. id est quietem placidam  
Uopiscum qua non stertit a  
suo somno lecurus sed auēs  
& meditans semper carmē  
tenui lonore iacet. prēto  
ria. qđes uillę alternas ripas

Non extrema sibi. non  
diuisa inter se sed coniuncta.

Fluum uel obstante. nō  
conqueruntur inquit prēto  
ria quę utraque ripa surgūt  
fluum obstante sibi quo mi  
nus coniungantur. nam sūt  
fornice coniuncta. Sin⁹  
sestiacos: iactet inquit ut iu  
bet antiquas seston coni  
ctam fuisse abydo & traie  
ctum fuisse in alterutram ri  
pam tutum ut referatur ad  
id quod T̄eres coniunxe  
rit Seston abydo ponte: lō  
ga historia ī pmis apud he  
rodotum quaz recitauim⁹  
in cōmētaris Iuuenalis uel  
referatur ad Leandrum qui

ex abydo natabat seston ut conueniat cum eo quod sequitur de puero qui a baiano puteolos del  
phino uehebantur ephebo nam Diuō augusto principe Delphin puerū portabat ex baiano pu  
teolos in ludum litterarum quem simonis nomine ad le uocābat obiectis fragmentis pants dile  
ctus ē ab eo miro amore puer res ē moecenatis. Flauii alphei multorumq; litteris memoria cō  
mendata: quocūq; die t̄pre inclamatus eslet a puero q̄uis abditus: statī aduolabat: & pastus deor  
sum asscēsuro p̄bebat aculeos uelut uagina condens. receptū puteolos p̄ magnū equor ferebat  
simili mō reuehebat pluribus annis: donec puero exticto ip̄e ad locū freq̄tētissime uenies dey  
derio expirauit. meminerūt plinius & Gelius. luctos. nā q̄ uehit h̄iga iūgere equos dī cū initē  
audaci: q̄ se cōmittebat ūdis et delphino q̄si dicat nō cedit hoc miraculū: luctaz eē utrāq; ripam  
antenis una domo: uel fabulę de leādro p̄ nauauerit ab abydo ī sc̄ltū uel p̄ puer ex baiano putoe  
los sit delphie uectus. Trāsmittereuilus. ī ulteriorē partē aspicere. Sic chalcida. cōparat  
res mirādas locoꝝ q̄ uitepestatis ūlūcta s̄: cū distātia et iteruallo utriusq; ripę anēs ī uillā uopisci  
nā maria absciderē siciliā italicē. Euboia boetię. hoc ē qđ dic chalcida euboię esse ūlūcta fluctib⁹  
pterēa cuboꝝ athlātē & machiā: belbicā bitbynię leucostā silēo p̄mōtorio qđ plinius scribit.  
Fluctus flumii. accipe p̄ epitheto & adiectiuo flumii: ut exponas p̄petuo recip̄cātes: nā Euripus  
iuxta Euboiam fluit refluxit q̄ septies die et noctu ut tradiderunt Strabo & plinius Luius fabulo  
sum putat quod septies tantū illud heri dicant incertumq; esse quotiens id ueniat arbitratur:

Incubueſ uadis fallax responsat imago

Frondibus : & longas eadē fugit umbra p̄ undas

I p̄se anten: miranda fides: infraq; superq;

S axeus. hic tumidam rabiem spumosaq; ponit

Murmura: ceu placidi ueritus turbare uopisci

p̄ iereosq; dies: & auentes carmina somnos

Littus utruncq; domi: nec te mitissimus amnis

D iuidit: alternas seruant pretoria ripas

Non externa sibi: fluuium ne obstante queruntur

Sestiacos nunc fama ſinus pelagusq; natatum

Lactet: & audaci iunctos delphinas ephoebo

Hic æterna quies nullis hic iura procellis

Nusq; feruor aquis datur hic transmittere uifus

Et uoces & pene manus: sic chalcida fluctus

Expellunt, dirimunt & se iungunt. Ora bruta: ea est in fine italiæ ubi est thegum: dirimiturq; euripo a Sicilia. profundo: freto maris & euripo. pelorum sicanum. quod est regio. Quid primum. honesta dubitatio qua carmen excitat & auditorem recreat fessum: simul rei magnitudinem exprimit. Trabes auratas: laquearia auro aspersa de quibus ante diximus: postes mauros. auctor est polybius in extremis apriore dentes elephitorum possum usum prebere: quod autem ualue ex ebore apud romanos ornarentur: propertius indicat eo uersu auro foliis erant supra fastigia currus & ualcae libycino bile dentis opus. ego tam tellexerim potius de citro arbore: nam ut strabo testatur & plinius copiosius scribit in mauris p'ima arbor citri est unde mensae sicbat magnis impendens & luxus: quod in cometariis martialis pluribus uersibus testatus sumus: uult papinius uide in postes ex citro fusiles in uila uopisci. Vena picta rata. uel naturaliter distincta marmora suis uenis uel picta artificio: nam marmora etiam p'iebantur nouo & luxurio inuenient: ut scribit plinius. Mirer. mirando laudem: Lucorum seminibus: laus siluac et nemoris est a uertute tiburi certe tres erat quercus ut scribit plinius longe antiquiores ipso oppido: nam apud eas tiburnus conditor dicitur in auguratus. Imitantia homines. murmura leuiter susurrantia quae dormiente imitari uidentur. Vicino flumine. uel albulam intelligit quae aquae sunt iuxta aniem in planicie tiburtina p

Expellunt fluui: sic dissociata profundo  
Brutia Sicanum circunspicit ora pelorum  
Quid primum medium ue canam: quo fine quiescam?  
Auratas ne trabes: an mauros undiq; postes  
An picturata lucentia marmora uena  
Mirer: an emissas percuncta cubilia nymphas  
Huc oculis. huc mente trahor: uenerabile dicam  
Lucorum senium: teq; uada fluminis infra  
Cernis: an ad sylvas que respicis aula tacentis  
Qua tibi tota quies: offensaq; turbine nullo  
Nox silet & nigros imitantia murmura somnos  
Anq; graminea susceppta crepidine sumat  
Balnea: & impositum ripis algentibus ignem  
Quaq; uaporiferis iunctus fornacibus amnis  
Ridet anhelantes uicino flumine nymphas  
Vidi artes ueterumq; manus: uariisq; metallis  
Viua modis: labor est aurim memorare figuris  
Aut ebur. aut dignas digitis contingere gemmas  
Quicquid & argento primum: uel in ære: myronis  
Lusit: & enormes manus est experta colossos  
Dam uagor aspectu: uisuq; per omnia duco  
Calcabam nec opinus opes: nam splendor ab alto  
Defluus: & nitidum referentes aera testæ

gelidae & sulphureæ uulneribusq; medentur: martialis crudarum nebulæ quod albularu; alibi. Cana. ubi sulphureis albula sumat aquis superiora scribunt Strabo & plinius: ut dicat aqua sanatoria quae calefacit proximis balneis uopisci deridere nymphas albularum vicinas quae frigore rigent: uel uicino flumine: superiore & inferiore parte fluminis. Manus ueterum. signa antiqua & archaetypa. Contingere digitis. gemmas insertas signis: sed dignas quae anulis positius gestaretur. Manus myronis. myron e leutheris natu agel. discipulus bucculis maxime nobilitatur celebratis uersibus laudata: fecit & canem & discobolon cuius meminit Fabius: & perse: alia praeterea multa quorum meminit plinius: corpora quidem curiose formauit ait sensus non satis expressit: capillu quoq; et pubes non fecit emendaci q; rudi atq; gressu uictria pythagoreo regio in pacrathaste effingendo. qui delphis est politus. Nec opinus. i alius codicibus extat opinis. non legimus opinus: ut dicat imprudens incedebam per luxuriosa paumeta quod tandem aduerti admonitus splendore recipio: Testae. id est testulae quibus erat coiectu paumeta.



Asarota. pavimenta sunt in quibus Zenodorus primus claruit: nam asarotum traxit pergam  
mro artificio paruis testulis & in uarios colores tinctis. ibi erat colubia bibens & utribia capis  
tis fulcans aquam: aliaq; subripiens escam Asarota dicta ut scribit plinius quo hā pūrgamēta ce  
nē in pavimento quoq; everti solent ab ea particula intentua: & uero. Asarota inquit  
& pavimenta tanto artificio testulis suis habent figuratas ut picturam superent: uel le  
gas Asarota suberant pedibus meis nouis figuris. Gradus: pedes mei Expauere. cū calcarēt  
tam p̄ciolum pavimentū.

Trichoris. Trichora est  
dificia tribus pinnis surge  
ntia. Quid te, arborez  
laudat que per postes &  
tecta surgebat in aerem:  
adeo ut nulius domin⁹ uil  
lē esle potuerit qui noluis  
set succidi cum eslet in pe  
dimēto sed tanta crat Vo  
piscī benignitas ut nō mō  
uellet eam cedi: sed etiam  
pateretur reu rere: uel o  
pe nymphē ſuui qui allas  
bebatur: uel numine ama  
Achemenii. achemeni persæ dicti sunt. persarum autem bella sagittis præcipue gerebantur unde sagitte achemeniq̄ dicuntur Achemenidarum præterea erat tribus in perīl. unde qui erant orundi habebantur nobilissimi. propterea ita scribit herodotus Artacem præfectum fosse faciens audiat mortuum esse magna apud se auctoritate urū: & genere achemenidem: Spicula. discuntur cuspides ferre sagitarum. plinius. Calamis spicula addunt irrevocabili hamo noxia. I lla seu ethalia îsula littoris tuscī ferrī praesantia & copia nobilis ē. Vnde propertius appellat spicula etrusca: idest cuspides ex ferro etrusco.

Non ita dardano.

ec si electra: necato agamēnone dolis aegisti cum orestes eius filius ad necem quereretur electra soror beneficio strophu phocensis eum seruauit: allata enim urna flens simulabat illuc esse ossa orestis extincti: cum tamen alibi lateret: Illustra est initium duarum tragoediarū strophoclis & euripidis initio hinc sumpto quod electra urnam infert in scenam: & luget. polus tragœdiarum histrio hec repræsentaturus cum dolore filii paulo ante amissi angeretur: allatis ossibus in urna ex illius tumulo fallam actionem uero dolore impletuit exemplo memorabili. Saluum cum uenit mycenæ: & ultus est iniuriam paternā: Electra postea nupsit piladi strophi filio duosque genuit strophiū & medontē ut hellanicus scribit. De eriphile & glauche siue creula quæ re quæ scripsimus in commentariis siluarum.

Praetor ab illyricis.

Divitias damnat peregrino ex orbe petitas:

Ob quas riualem cynthia auara fouet:

Deceptus qm̄ fleuit & ipse deus. Carmen ē i. xii. apud hōe. ubi ardentes amores suos narrat iuppiter & in primis uxore ixionis a se uehemeter amatā. Interpres gonei eā filiaz fuisse scribit quæ cum a ioue esset corrupta nupsit ixioni cū tñ numini promisisset se nupturā nemini Diodorus eam fuisse filiam aionei scribit & matrem pirithoī.

Aſliduae multis.

Nōnne pudet iuuenem contemnere Cinthiauatem?

Quom tibi iam faciem ruga senilis aret:

nunc etiam infectos demens imitare britannos: Obiicit q̄ glasto herba faciat ceruleos crines & caniciem dissimulet: Glustum herba ut scribit plinius similis plantaginæ. qua britanni utuntur ut ceruleū ducant colorem: Vnde britanni cerulei dicti Cesar in commentariis: On̄es uero se britāni ultro glasto iſciunt: quo ceruleū efficiat colorē atq̄ hoc horidiores sunt i pugna aspectu:

Scis herem

Melz & thāyr: thāras ab hōe. thāris d̄ filius philāonis un̄ dictus philāonides & argōes ut

scribit pausanas Mater pregnans spreta a philamone fugit ad odryias populos thracie unde Thamyras odryius dictus est quoniam illic sit natus : priuatus oculis amusis quas ad certamen cithare prouocauerat. Citharam in baluram fluuium abiecit. Vnde & ipse baluras dictus. Diodorus priuatum fuisse cithara ait quod & homerus quodam in loco indicat. Irato numine dulces amisit cithare cantus. Licet, etiam si amitterem oculos ut thamyras

Vnica nata meo.

Multa licet miserum uexent in cōmoda amantem :

Viuet ad extremos cynthia amata rogos.

Vultu Gorgonis . id est ore meduse. Ita enim nostri acceperunt Gorgonem pro medusa. sed hano penoru dux tradidit se in gorgones insulas penetrasse ubi sunt fēmine hirtis corporibus: ex his duarū cutes miraculi gratia in templo Iunonis affixae sunt rōmē spectatēque usque ad carthaginiē captam. At amor teritur nullo sublimine domīne quāuis inquit ferrum conteratur rubigine amor meus in cynthiam nullo eius sublimine: i. elimatōe & iniuriis cōsumi pōt. Nouē autē dixit sublimē pro elmatōe uerbo deducto a lima instrumento fabrili: permanit in translatione: na; ante dixerat Teritur rubigine mucro ferreus. Quod si diuisa dictione legas sub lamine nullus erit sensus. Septima rota. septimam fusile iustrationem metē ostendit Ondius & trā quillus in domitiano: qui scribit imperatōrem redēgisse aurigas a septenis spatiis ad quina: quo facilis centum milles uno die peragerentur Amictu sādicis: plinius lāndicē ait esse colorem ex Sandracā & rubrica quamquā inquit animaduerto Virgilium herbam ita existimasse illo uerstu sponte sua lāndix pascentes uellet agnos. Dux erat ignota misla columba mari. De hoc lege cōmentarios nostros in ibyn ubi de nauplio: de glauco de Cyaneis scopolis de Elle monumēta reperies: Amymone. puella argua Neptunum in amorem allexit & cū aquam urna gesta ret. Iuxta lerna paludem Neptunus amoris impatiens disiecto uale eam: compressit. sed i monumentum impetrati amplexus effecit ut fons ex aqua effusa oriretur: Inde natus est Nauplius palamedis pater aquo nauplia ut non nulli putarunt Corinthiorum nauale nomen accepit. Sed strabo fabula omniodissentia Naupliam dictam ait quod naues illuc Πλευσι id est nauigāt negatē fieri posse ut amymone fuerit nauplii mater cum tempora nō cōueniant amymone; ita tem iuxta lernam esse assētitur. Tēsis est quā incendantur amore neptunnus. Palus leīng. iuxta quam est compressa amymone

At uos incertam.

Vnde circumstant incertis fata periclis?

Sed quē ab amore uenit. mors tibi certa uenit.

Inuenta phoenicum. Immo Atlas libyē filius ut plinius scribit primus rationem Astrorum iuentit ut alii scribunt ēgyptii: ut non nulli consentiunt phoenices & asirii & Hyginus ita scribit: Tales qui primum lyderum rationem inuenit phoenix fuit. unde & uria minor phēnīce est appellata de sūro lege quē in silvis scripsimus Magico rombo: Ait se explorasse omnes artes omniaque ei portendere mortā Rombus piscis: Rombus item instrumentum magicum cuius meminit Theocritus & apud nos Martialis ad meum erat amoribus p̄cipue cūcatum. agebat que in uertigine & tria fila retorquebat. Lucanus magica; uertiginem appellat: uobiscum est Iope. hēc fabula latinis ignota est: quāuis nōnulli falso forsan connectare audeat de Andromede esse intelligendum quē in Iope portu exposita fuit monstro quod per absurdum est: interpres certe Lycophronis hēc tantū scribit: Iopē puerā luppiter amauit. Quēcunq; erat i numero: in numero dicitur esse qui est alicuius pretu & Quintilianus ait eos scriptores redactos fuseli ordinem hoc est in numero aliorum. qui in p̄tio habentur

Quēris cur ueniam porticus phoebi.

Nō dūlia porticū: nec dōpōpea. nec dō Octavia intelligas s; dea q; erexit Augustus pte palati iuxta bibliothecā & tēplū apollinis cui opis mēnit trāglī. i. augusto. Aptā. i. publicata. Mar

moreus. At q̄ plinius scribit statuā phoebi eo i loco fuisse eneā mirāda arte & magnitudine oce-  
to de mirone alibi diximus gallos deiectos: Templum delphīs erat in monte painaso in rupe  
undique pendenti opulentissimum donis: quorum cupiditate brenus gallorum dux cum sexa  
ginta milibus peditam in asiam transgressus delphīs bellum intulit: delphīci quatuor milibus  
hominum ope diuina gallorum impetum sustinuerunt! Nam suscepta est opinio iuuenem mor-  
tali faturam augustiorem & duas uirgines armatas dianam & minervam eo in bello affusile tē-  
pestate praeterea & terēmotu galli repressi sunt: demūz brenus uulnēum dolorem non ferens  
mānum in se uerit: haec historia erat in aula templi palatini per scripta a trogo & paulania: Du-  
bias sortes: praelestinas de quibus diximus in syluis: Telegoni aegei. idest fili cyr̄ces aege & uly-  
sis: Sylus: Circeo tuscula dorso moenia laerta quondam regnata nepoti: aegea regio iuxta pha-  
sini patria circes: unde aegea dicta. Marone sopito: quae somnum excitant qualcm. Virgilius  
in agris habet impetratis ab augusto: quod meliboeus carmine buccolico ei narrat: facie leui  
somnum suadebit inire susurro: hoc propertius carminis inseruit cum paulo ante opus virgilianū  
legisset. Quamvis ida parim. Oneonez intelligit quae nymphā flum fuit & nais hanc paix' an-  
te raptum helenae amauit & habuit uxorem: quod demetrius scribit: Is enim affirmat in fini s-  
bus agrilienis ad cebriniam fuisse tumulum paridis & Oenones illius uxoris prius quam rape-  
ret helenam. Ait igitur propertius oneonem quamvis accubuerit cum paride nichilominus fuis-  
se in pretio inter alias nimphas. Naica dona: idest dona: quae tibi dabantur ab oeneone naide.  
Ismario mero: idest thracio quod plinius maroneum appellat. Maroneo iquit antiquissima cla-  
ritas est in thracie parte maritima genito: illac cum nauigaret ulysses a mai one euanthei filio sa-  
cerdote apollinis cum alia dona accepit tum utres uino maroneo: plenos: quorum unum po-  
stea secum detulit in antrum polyphemi & illum sponuit propinatis aliquot ex eo calicibus: na-  
ita ille est captus suavitate uini ut dicat apud homerum apud nos uinum quidem nascitur: sed tu-  
um istud ulysses ambrosiae & nectaris est riuulus: proinde iteum mihi propina uicies tantum  
addito aquae miscebatur ut homerus cecinit & repetitum est a plinio: Aut quid criteri: est ne de  
homero intelligendum qui meonis filius fuit & critici. Na: quod sequitur de bello thebanō ad  
homerum commodissime refertur: Ille enim ut herodotus tradit scripsit etiam expeditionem  
amphiara ad thebas quod tichio cerdoni recitauit: an critici nomen est alterius poetæ. Quid  
prosunt: ante plus in amore ualeat mīmnermi uerlus homero philetas couis poeta elegiarū scri-  
ptor & criticus antiquorum scriptorum. arion adraſti. lege de arione equo quac dictauimus in  
primam syluam. Vocalis. celebratus uel ad arionem citbaroedū alludit. Coturno aelchileo  
id est tragica magnitudine. Nam aelchilus inter tragicos sublimis & grandiloquus fuit usq; ad  
uitium ut scribit fabius. antimacho. antimachi tres fuerunt: primus colophonius hipparchi fi-  
lius grammaticus & poeti quem quidam scriplerunt panasidis poetae scrūum fuisse sed fuit rā-  
tum eius auditor & Stesimbroti secundus aegyptius ex eliopoli urbe: qui de situ orbis scripsit &  
qui primus statuit ne quis propria appellatione in comoedia nominaretur ut unus ex his tem-  
poribus platonis floruit. requiescat: desistat a cantilena dum cum thyrside certaret idest quam  
uis iure uincatur a thyrside tamē poeta ut se iactaret puero declarat se victorem: anser. poeta  
procax fuit & lasciuo carmine nobilis ouidius: Cinna quoque n̄s comes est: cinnaque proca &  
cior anser. Cum ergo illud sit in prouerbio quod anser itrepit inter olores: alludens propertius  
ad nomen ansoris ait olorem in carmine docto celsisse anseri. Vario: lege quae de uarrone scri-  
psimus in genethliacon lucani in syluis: Caluus in poeta exili carmine & tenui quintiliā am-  
cam defleuit Ouidius par fuit exigui similisque licentia calui. Detexit uarius qui sua farta modis  
Gallus. Cornelius gallus poeta foro iulensis ex infima cōditione ad praefecturam usque Aes-  
gyptu euectus est ab Augusto: ab eodem interdictus domo & provinciis compellus est  
ad necem ut ait Tranquillus: idest se interfecit ut interpretatur Eusebius iratus



est enim imperator ut tranquillus scribit ob illius ingratum & maluolum animum ut uero senti re uidetur Ouidius ob illius in se maledicentiam: non fuit opprobrio celebrasse lycorida gallo sed linguam nimio non tenuisse mero imitatus est euphorionem colore & genere scribendi ut ait probus lycoriden amicam habuit ut cecinit etiam Virgi. Modo temporibus meis paulo ante. multa uulnera quae sibi intulit quasi dicat nonne gallus qui paulo ante se interfecit celebra uit lycoridem?

Mollia pegasides! pegasides musae dictae sunt a πήγη quod significat fontem. Nam hippocrem & alios parnasi fontes sacros habent & ab ouidio oenone pegasis dicitur: non quod musa est. sed quoniam nymphæ & nais. ut ipsa quoque ait. Aedita de magno flumine nymphæ fuisse & pegasus equus dictus quod iuxta fontes oceanii: ut ait hesiodus natus sit: ipse & chrysa or ex ciso capite medusae: plinius in ethiopia tradit "nasci equos alatos & armatos cornibus: quos pegalos appellant: Aratus uero scribit eum neptunni & medusae gorgonis filium fuisse. eusebius hunc equum cuiusdam mulieris fuisse tradit: palephatus: ut idem est autor; tradit eum fuisse persei equum. Troia capta bis numine oetei dei: bis numine herculis troia capta est: nam & ipse sex naubus eam cepit. ut est apud hominem: & diodorus refert: quod in silvis scripsimus: & eo relato in celum sagittas quas reliquerat philoctete sine quibus capi non posse responsus fuerat: Brachati militis: brachas uestes esse ut in luuenaem diximus docet diodorus intoncas & coloris uarii: pindi perhebi: id est thessalii: nam thessalia perhebia quoque dicta est: ut scribit Strabo. Rota straminea rhombi: de rhombo instrumento magico antea diximus Aut chlamo: puto legendum aut thio chlamo. nam thia quae ab aliis trogete dicitur inter arbores odoratas ab homero numeratur: Nam in quinto odyssee in deliciis Calypsum uni tradit cedrus Laricem & thiam. Theophrastus magnum huic arbori honorem tribuit referens contignationes ueterum templorum ex ea: ex radice qua nihil crispius est opera siebant uaria & multa: & mensae: in quibus tamen nulla uetusior memoratus ciceroniana. terebinthus ex Syria est arbor: ex his mascula sine fructu foeminarum duo genera: alteri fructus rubet: lentis magnitudine: alteri pallidus materia ei ad modum lenta: & fidelis ad uetusatem: propterea coniunctus propertius terebinthum cum thia & ipsa q[uod] odorata est & dura durat: In macedonia breuis est & fruticosa: tamen inde epitheton sortita est & apud Virgilium & apud hunc ut orithia dicitur ab ortho urbe macedoniæ. baridos & contis nostra liburna sequi: Inuidiose in cleopatram uero quoque egyptio usus est. nam baris lingua egyptiæ cymbam significat que grece επιβολη dicitur autor diodorus: Lampetie. Haec omnia scripta sunt ab homero toto Odyssee argumento in cuius duodecimo in fine ulixis socii edunt boues solis quia lampetia illius filia custodieabantur. renouasse arcus ueteres: nam domum reuersus una cum telemacho sumptis sagittis in procos impetum fecit. Notum est carmen ex fine odyssee homeri. Queque terunt fastus icas riotetuos. Ego puto legendum icarioti: ut sit casus uocandi ad penelopen icarioti filiam: & tua inquit pudicitia penelope: o mulier pudica opibus expugnatur. icarus siue icariotus & tyndarus fratres ex patria electi ab hipoca ad thestium pleuroniorum dominum se receperunt tyndarus accepta in uxorem thestii filia leda: domum est reuersus: icarus siue icariotus ex polycasta lygei filia penelopen procreauit & alizem atque leucadium: & Ouidius telam penelopes icariotidem appellat: Testis erit dire tam uero criminis saeuia. puto legendum telius erit dirce taz uero criminis saeuia: id est si saeuieris nunc in lycinnam reddes testimonium rei fabulosae & tua uera saeuia fabulosum crimen confirmabis quod de dirce in antiopen fertur ut dirce sit casus danidi funera sanabunt ut tua uina malum puto Idgendum funera sanabunt uel tua uina malum: Nam ait hunc ardorem amoris & solicitudinem sola mors leniet uel tuum uinum bacche. pentheos funera grata in triplices greges: nam mater & duos sorores ut est apud ouidiū quod in sacris bacchi tanquam duces erat petheum descripserunt: hic ubi mortalis dextra: de hercule intelligit: deo thebano

qui i campania fuit ut in sylvis scripsimus . sed puto legendū mortali dextra! nam Cymbala pū  
sata amortalibus applaudebant herculi deo . nirea non facies nireum formosissimū fuisse scribit  
homerus & horatius & diodorus : is fuit in bello troiano . theleq . brachia longa uig . muros lon  
gos intelligit q Grece uictor pteixū dicebantur : si ex urbe in pyreum usq exurrebat histria  
est apud thucydidem diligentissime prescripta . At si quo origo . uersus mendosus est & ita legē  
dus ut ego quidem lentio liqua ue gigei uisenda est ora castrī : nam giges lacus est & herma castrī  
que campi contigū sunt camporum omnium optime : prope est lacus gigeus ab Homero di  
ctus . sed postea colous : ubi colenq dianē templum : quo in loco diebus solēnibus simias saltare  
dixerunt : castrum ergo gigeum uocat quod eiusdem sunt regionis & ante dixit gigeo tincta  
puella lacu Dirē . quedam sacra ad deuouenduz erat de qbus lege plutarchū in crasso . Roma  
ni Callimachi . ī romanum callimachum appellat : nam callimachum poetam Grēcu uersib⁹  
Latinis explicat : Me orat archite loboles . Querit fidez discipline suę mathematicę amaioribus  
nam architas & orops bac claruerunt & conon de quo locutum Virgilium docet probus sami  
us fuit ut idem est autor eiusdem meminit hyginus . persuasit enim ptolemoe stellam esse crinē  
berenices relatum in celum . Ait itaq propertius cum ab his ducat genus se non mentiri in ma  
thematicis nec falli . Nil prius fide . id ē uentate : Victor oilide : insultat aiaci oili qui ob violatam  
cassandrae naufragium fecit sed in sequenti uerlu ubi est quem uetat lege quam uetat nam raps  
ta fuit cassandra extemplo minore : pertica tristis . uel de centum uirali hastā intelligit uel bona  
sua quod placet fuerint subhastata . Et bene confixum merito discusserit unicum nil erit hoc nos  
tro te p̄met ausa suo . totū carmen mendosum est neque ullo sensu nisi ita emedes ut bene cō  
fixum mento discusseris unicum . nil erit . hęc rostro te p̄met ansa suo . etiam inquit si uticum in  
fixum gutturi abieceris ab amore scilicet . Nil proficies . nec eris propterea liber . nam hęc ansa  
hoc est . hic alter uncus puelle nam ansa habet speciem tunc p̄met & refinebit te suo rostro :  
id est sua curuitate & sumitate illa : que rostru uidentur . Mi folia ex hedera portige bacche tua .  
Ob raritatē inquit plinius Alexāder coronato hedera exercitu exēplo libi patris ex īdia victor  
redit cuius deradornabāt Tyrros galeasq acuta thracie poplī ī sacris solēnib⁹ . Sed cum mul  
ta sit genera hederę ea tantū coronabāt poete . cuius semē crocatū est foliis mithus . nigris ea  
certe quā similacem uocat infausta ē ōnibus lāctris & coroni : nā virgo eius nominis amore  
iuuenis crociū hūc fruticē mutata ē . Eurypilique placet coætexturā mīnefū . eurypilus tele  
phi filius interfectus Neoptolemo ī bello troiano ut scribit homerus ipse neoptolemus telo  
træcit aucto . Magnam heroa Eurypilum quem Telephus olim progeniuit : Coninsulam  
tenuit maris carpathū : Homerus . Qui uisitor habent cellam & paulo post Eurypilique urbem  
con Aequoreasque calydnas . Intelligit igitur de ueste coa . de quā ante dictum ē . Dum uernac  
sanguis dum rugis integerānis Vterence quid eras liber ab ore dies : puto ita esse emendandum  
Dum rugis interger . annis utere : nec quis eat libet ambre dies

DOMITII AD FRANCISCVM  
ARAGONVM EPILOGVS ET  
προσφωνής. DE OBSERVATI  
ONIBVS

CIO me multa p̄tentie que fortasse explicationem defuderahunt : Id cum occupationi  
bus tum certo consilio egine uiderer minima queque coniectari : omnemque alii præipe  
re facultatem doctrinę : cuius nomine gloriantur plurimum : illustrande & ostentande : si uo  
luerint nonnulla que apud hunc poetam sunt : diligentius aperire : Sed illud Francisce  
p̄terire non possum . quod nuper eum iaz commentarios ī sappho ouidi composuisse mibi

accidit. nam opusculo absoluто quod in multorum auditorum manibus erat: ecce tibi nescio  
quis libellum afferat grandibus characteribus formatum eiusdem argumenti & industrie. in qua  
nos eramus uersati: fateor me antequam legerem: consili poenituisse q̄ n̄m edidisse: cupiebā  
enī integrū esse: uel suppressere si hic melius aliquid attulisset: uel emendare si quid a nobis erra  
tum huius lectione admonitus deprehenderem: sed ita hic egit: ut malim nostrum una ab ho  
minibus legi & conferri quā omnio nihil scripsisse: uel non edidisse: quod tibi iaz misimus: mul  
ta sunt dissimilia. ille de histioria sapphus latinū hominem sequitur. nos ex grecis autoribus ac  
cipimus: at inquires nonne & tu latine eadē scripsisti? scripsi quidez. quid enī grecis oportuit?  
sed ueram illic nactus histioriam: affirmauit sappho filiam pepensis cercyle nomine cleida: is uc  
ro nō filia sed filium ait secutus mendosam latinorum librariorum scripturam: inde ambigit. an  
ubi certe filia uiuit ait: de filia sapphus intelligat an de charaxi: de quo dubium ei nunquam fuis  
set: si grecus ut dixi scriptore; secutus esset: quē prēterea obscurauidebantur loca: per hēc nul  
lo illato lumine ipse euadit mira celentate suspensis gradibus ne usquam offendat: nam ubi ait  
nec mibi pierides subeunt dryades uel puerē nec me thespiadum cetera turba uiuat ipse tantu  
negat legi posse naides syllaba repugnante quasi uero non illud potius in questione eslet: cur  
dryades inter musas nominet & quid si quod dicat: cetera turba thespiadum: idem illic ait ne  
seides matres sicilides & nurus: & illic: nec uos errorem tellure remittite nostrum. alibi prē  
te rea sepe idem. quod equidem non tam existimo eum ignorasse quā persuasus habuisse nemine  
hēc requisitorum: diuersa prēterea sentit atque nos. multis in locis: nam ubi & uariis albē iungū  
tur sepe columbe: de pauonibus qui uarie aues sunt & columbis intelligi docuimus. ipse to  
tum de columbis tradit ubi interrogantes legimus: non agitur uento nostra carina suo ipse af  
firmat: parum conuenienti ut mibi quidem uidetur sensu. et ubi si nisi quae facie poterit te dia  
gna uideri nulla futura tua est: nos ita docuimus. si nullam es amaturus nisi que dignitate formē  
tuē conueniet nullam amabis: quasi dicat nulla tam formosa est quam tu: ipse ita accipit si nullā  
amabis. nulla enim formosa est. sed nolo singula enumerare: nec certe cum legissem non poe  
nituit commentario los nostros iam in manibus hominum esse: nihil enim fuit: quod in nostris  
opus transferre uellem: aut totum. aut nulla omnio ex parte. itaque facile patria utrumque le  
git: cum pr̄fertim non emulione ulla scripsierim: quid enim ille alius ad lyram nostram: sed  
iam emissum opus nec potuerim domi conuenere. nec uellem etiam si integrum esse. de com  
taris nulla mihi posthac erit cura magnopere iam enim edidimus in martiale in Iuuenalem:  
in ibyn ouidi: i sylvas papini i sappho ouidi: & in hēc propertiō loca: quibus si adidero cōmē  
mentationes in epistolas ad atticum: in suetonium tranquillum: & in sylbum italicum que om  
nia iam collegimus & compolim⁹ us ultimamque tantum expectant manum: consilio meo sa  
tisfecero & uoluntati amicorum: interea aciore studio & maiore ocio duo perficimus & ex  
polimus opera quoꝝ alteꝝ est a grecō in latinis conuersis principis cuiusdā noīe qui id a me  
postulauit opus uarierate doctrinę incūdissimum futurum & tam utile quā magnum: alterum  
est latinis litteris elucubratum quod observationes inscr̄p̄simus: tribus uoluminibus. quoruꝝ  
primum continet tertētum locorum ex plinio explicatiōem: secundū quicquid obseruauim⁹  
parum ab aliis traditum apud poetas omnes. tertio quae collegimus & obseruauimus apud ci  
ceronem fabium: Liuim & scriptores omnes reliquos; haec cuius generis sint facile itelliges  
si pauca quaedam tibi subiecero exiis quae nuper in tertio uolumine elaborabamus. si tibi pro  
babuntur idque itellexero. statim edemus. pluris facientes communem literarum dignitatē  
quam non nullorum beniuolentiam qui ea potissimum de causa nos odisse & insectari uidebūt:  
quod litterarum studia amamus et amplectim⁹ Vale:

EX TER TIO LIBRO OBSER  
VATIONVM DOMITII.

VIDEO a prepositionem: quom in multas variaçō significationes pateat: eleganter usurpari a M. Tullio Cicerone: uel quom inter partes dissidētes alterutri addictos ac propugnatores significare uult. uel quom in leuis munus operamque discernit: superioris usus unum exemplum fatis erit in Bruto ipse hēc. Nec uero. M: Celum prētereundum arbitror quęcunq; eius in exitu: uel forma: uel mens fuit: qui qua; diu auctorati me; paruit: talis tribunus pl. fuit: ut nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamq; dementiam a Senatu: & a bonorum causa steterit constantius: ubi quod a Senatu ait: & a causabonarum? perinde est ac si dixisset: pro partibus Senatus: & bonorum. In alteram significationem ad Atticum scribens: nec ullam aliam ob causam pollicem seruum a pedibus meis Romam misi: nam quom ex seruis aliis uterentur ad iter tantum: eos mittentes quo libebat: aliis ad litteras excipiēdas ac describēdas quas uel dictabāt uel componebant: illos apedibus! Hos amanu appellabant Cicero tamen in hac significatione ad aliquando dixit in tertio de oratore: itaque idem gracchus: quod potest audire catule ex Liciño Cliente tuo litterato hominem: quem seruum sibi ille habuit ad manū cum eburneola solitus est habere phistula: uidem quia pedibus erant serui: pedes a Martiale dicuntur illic retro flexus ad pedum turbam alibi lagenam ad pedes replet apedibus eos dē dixit: omnia quom retro pueris obsonia tradas Cur non mensa tibi ponitur a pedibus: Quo dislico Martialis amicum apud quem coenabat amare subsannat: nam quom ille haberet conuicuus: obsonia omnia & epulas pueris & seruis astantibus porrigebat: uis blandiens: martialis conqueiens. Si in animo inquit tibi est tradere obsonia pueris et a pedibus cur eos nō accipis mēla potius q; nos: quasi diceret hi tecum coenant: nō conuiue: quo loco obleruandum est a pedibus per omnes casus eadem terminatione deduci. Recte enim interrogaueris: quid agunt a pedibus: nam illud necessario intelligitur. Serui a pedibus: misi a pedibus: dedi a pedibus meis: cur mensa non ponitur tibi: i. ate a pedibus pro casu dandis est: id est pueris & seruis nam in superiore uersu quom pueris dixit intelligendum est a pedibus: Cicero prēterea tertia actione in uerrem eos dē appellat circum pedes. Vbi maleoli filium pupillum a uerre patris fortunis euersū conqueritur his uerbis: ut Romam redit nullam litteram pupillo: nullam matre eius: nullaz tutioribus reddidit: seruos artifices pupilli quom haberet domi. Circum pedes autem homines formulos & litteratos suos esse dicebat. Verres inquit Cicero quom maleoli familiam diriperet: sibi per fraudem uendicaret: illius seruos aut formosos aut litteratos dicebat suos esse circum pedes: Maleoli tuus negabat: His seorsum astant dominis discubentibus. Tranquillus in Callicula: Quosdam summis honoribus functos ad esedum sibi occurrere togatos per aliquot passus milia: & coenanti modo ad pluteū modo ad pedes stare succinctos linteos passus est. Idem in Augusto: Talbo a manu: q; pro epistola prodita denarios quingentos accedit pī set crura effregit: sed miror quare idem tantum sibi assumpsit ut quom uel a manu: uel a pedibus duabus dictiōnibus dicamus nomine sed & prepositione: ipē quasi ex integra dictione non men denuauerit nam amanuensem scriptit pro seruo a manu. In Nerone: Certum dominis seruorum numerum indixit: nec nisi ex tota cuiusq; Familia probatissimos: nec dispensatoribus aut amanuensibus exceptis recepit eadem ratione in domitiano. Epaphroditum a libellis capitali poena condemnauit: is est qui libellorum qui a supplicibus dabantur: curaz gerebat: Omitto. a. aliquando post significare & uarie accipi: notissima enim sunt & occurunt frequenter.

CICERO ad Atticum scribens: Varronisq; accusans ignaviā Biennū inquit prēterit: quom ille καλλιθή ΔΗΟ asiduo cursu cubitum nullum prēcesserit. Vbi prouerbium grēcu; usurpauit in hominem legnum: & tarde agentem. De quo ita scribit in tiborio tranquillus: ut uulgo iam per iocum callipides uocaretur: quem cursitare: ac ne cubiti quidem mensuram progredi pro uerbio grēco notatum est.

IDEM quom attico significaret: quid de personis introductis in libris de re? pu. statueret scribit

C



quid monuerit & suaserit Salustius his uerbis: ea ipsa ponam? quae in omnibus codicibus extant. Hilibri quoꝝ in tusculano mibi legerentur audiente Salustio admonitus sum ab illo: multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse si p[ro]p[ter]e loquerer[em]e. r. p. pr[et]erit quom essem nō beraclides ponticus: sed consularis: & is qui in maximis uersatus. r. p. rebus essem: quae tam antiquis hominibus attribuerem: ea uisu mirifica esse His ultimis uerbis mendam inesse certo affirmauerim. Nam si Salustius suadebat ut Cicero ex persona sua de re: pu. disputaret potius q[uod] ex sermone Africani aliorumq[ue]: qui multo ante diem obierant. eum rationem afficerre oportuit cur illorum personæ minus idoneæ essent aut minore auctoritate in his libris de re. pu. disputatione. At qui si ita legimus: ut proposui quae tam antiquis hominibus attribuerem ea uisu mirifica esse: ratio erit probantis potius q[uod] dissidentis. Nam si mirifica erant: & habebant laude[rum] ex personarum antiquitate non recte monuit id mutandum esse: & ad Ciceronis personam transferendum. Quare ut sibi ipsi Salustius contentiat vir prudentissimus ac doctissimus: Ita leges: Quae tam antiquis hominibus attribuerem: ea uisum in facta esse: Fabulosum inquit videbitur quod isti disputatione de re. pu. quom tam antiqui sint. Q[uod] si inspexeris: q[uod] lubrica fuerit via in mendam ab iis uerbis: quae Ciceronem scriptissime arbitramur in ea quae peruersa sunt: nobis magis atque magis assentientiis Iacobus certe Cardinalis papensis non minoris doctrinae quaz auctoritatis princeps: banc Ciceronis scriptio[n]e agnoscit: ei q[uod] omnino arridet & applaudit.

CICERO tertia actione in uerrem. Itaq[ue] renunciat Rabonius illam decisionem tutoribus: ac currunt tamen ad temp[us] tutoris digitum tollit iunius patruus: iſi color immutatus est uultus: oratio mens deniq[ue] excidit. Vbi quod ait digitum tollit: morem designat antiquum is erat: ut quis se uel conductorem: uel emptorem ex publica uenditione: aut locatione significaret: digitum tolleret: quod iunius fecit: ue pupillus fratris filius aedem Castoris sartam rectam conderet: a quo uerres columnas ad perpendicularm exigere statuerat ut ita eu[er]poliaret bonis partenis. Digitū igitur tollit. i: se conductorē significat: plura de hoc scriptissimus i eu[er]versu. Maritalis: nam mea iam digitum iuslulit hospitibus: & quid sit manceps: ex sententia etiam Festi:

STRABO In octauo ita scribit. Est autem Rhium in achiuorum solum protensem longius promontorium in falcis figuram interius curuatum. Vnde & drepanuz id est falce appellant. nimurum ut ego quidem suspicor ad hoc facete allusit Martialis: quom derideret curuitate crum in phoebo. Ea enim ita curvata in rhio commode ait lauari: posse: nam & rhium que curuatum erat: ut illi crura phoebi quadrarent. Sales inde quoq[ue] alpersit. Q[uod] phoebi crura dixit lunę cornibus similia. Quare si hoc desyderari videbitur: adea quæ in commentariis scriptis: habes unde accipias.

PILEA apud antiquos uaris siebant generibus suisque erant nominibus distincta Vmbellana enim appellant: galericulum causeam: quod apud Martialem & ualerium maximum legas p[ro]etasum de quo & apud Suetonium diximus in Augusto & in nostrarum obseruationum secundo annotauimus diligentissime. pilea autem aliquando siebant ex lacernis attritis: Ut illud distichon martialis apertius intelligas: quæ in commētariis dictauimus. Vbi pileum mittitur in apophoretis Si possem totas cuperem misisse lacernas. Nunc tantū capiti munera mitto tuo. Cuperez inquit lacernas integras misisse. Si essem diues: Nunc uero quom pauper sim: misse lacernæ tantum partem: munus capiti tuo. i. pileum: quod ex parte lacerne constat: papinius in locis saturnaliciis usque adeo ne dseuerunt Celsis pilea luta de lacernis: ubi explicat argutissime pileū fieri solitum ex lacernis icisis: q[uod] dislico martialis, quoq[ue] innuit.

REPETAMVS praeterea particulam 'commentarioruꝝ nostrorum' in Iuuenalem: ubi carmen exit illud in mulierem curantem cutem & expoliuentem faciem in gratiam adulteri iterata fceda aspectu ridendaque multo pane tumet facies: & pinguis popeana spirat. Popeanum: non unguentum est: nec enim bene olet nec iis rebus conficitur: quibus unguenta: sed medicamentum ad faciem erugandam: & expoliendam cutem: quod ex lacte asine pane madido conficiebatur. Popeanum appellatum: quod popea uxor neronis principis id primo instituit.

plinius. xxviii. naturalis historiq. Cutem in facie erugari: & tenerescere: & candorem custodi  
ri lacte asinino putant. Notumq[ue] est quasdam quotidianie octingentas custodito n[on]ero souere.  
Popeaque hoc uxor neronis principis instituit: balnearum quoque sic solio temperato asinoꝝ  
gregibus ob hoc eam comitantibus. H[ec] plinius & idem in. xi. de lacte: Crassissimum asine:  
ut coaguli uice utantur conferre aliquid & candori i mulierum cute exsiliatur. Popea certe do  
mitu neronis coniunx: quingentas per omnia secum Foetas trahens balnearum etiam solio to  
tum corpus illo lacte macerabat extendi quoque cutem credens: Vnde illud de othono a tran  
quillo scriptum: q[ui] pane madido faciem linere consueuerit: madidum lacte asine intelligo: Ita  
& mulier apud iuuenalem: q[uod] domi ē: totam faciem linit medicamentis: & operit: ut tene  
ra & candida cutis fiat: atq[ue] ita a marito amplexu & osculis iterea souetur quom vero ad moec  
chum proficiscitur: deponit linteola & medicamenta: exeritq[ue] curatam faciem: Inde iuuenalis  
Ad moecchum lotauenunt cute. i. elotis e uultu medicamentis: H[ec] scripsi. si qui fortasse. Ju  
uenalis carmen parum intelligentes: de popeano ambigant: quod ego: ut arbitror: primus for  
tasse elucubraui: ut sexcenta alia: Quę in commentationibus nostris requires?

RADERE non tantum est succindere pilos: sed etiam summam cutem detrahere Iuuenalis?  
posthunc radentur tubera Si uer tunc ent: Carmen pr[eterea] legis duodecim tabularuꝝ his uer  
bis scriptum est. Mulieres genas ne radunto: neue lesrum funeris ergo habento: lessum quid es  
set: Sex; Helius &: I. acilius ueteres interpetres non satis se intelligere dixerunt: sed sus  
picant uestimenti aliquod genus tunecris. L.: Lessum dixit: quasi lugubrem euulationem cui  
Cicero astipulatur in secundo legum: Vbi hanc legem recitat Inde plinius. xi. naturalis bi  
stoneꝝ ita scribit infra oculos Male homini tantum: quas prisci genas uocabant. xii. tabu  
larum interdicto radi a foeminis eas uetantes pudoris hec ledes ibi maxime ostenditur rubor  
Infra eas hilantes risumque indicantes buccę: & altior homini tantum quem noui mo  
res subdolę irrisione dicauere natus: Quibus uerbis aperte plinius indicat se. xii: tabularum le  
gem uel apud Ciceronem uel alibi legiſie rationemq[ue] affert: Cur ita sanctum sit: ne foeminis  
genas in funere aho ue dolore radere. i: dilacerare liceat: quoniam scilicet in iis posita videatur  
pudoris sedes ibiꝝ potissimum rubor appareat. De naso quod addit: Nos ex iis uerbis in: xii  
commentariorum in Martialem ita scripimus. Nasuti dicuntur qui graviore censura sublanant  
aliena: & Horatius ut pleriꝝ solent nato suspendis adunco ignotos hoc est derides. In secun  
do pr[eterea] huius operis quō de obleruationibꝝ ex poetis differerez. Satis hic explicauit qua  
re dicitur primus condidisse a plinio Lucilius sili nasum?

CAVDACVS ut Varro scribit suauem significat: uel ut a magistris se accepisse Fatetur mā  
suetum: Catax uero: ut tradit Festus: Claudum Appius certe claudius appi ceci frater qui cō  
sul fuit anno ab urbe condita. cccc. lxxx: primusq[ue] treto clasie traecto poenos sicilia expus  
lit: ut etiam tranquillus scribit in Tiberio. caudax cognominatus est.

RFCEP TAE in usum nostrum fuerunt non nullę gr̄corum dictiones & in latinarum seriem  
deductę non elegantię magis causa: aut festiuitatis: quam pitheo Rhodius ac lucilius in eo  
secuti sunt: quā necessitatis quod latīna eadem non esset: Atque adeo unam ex iis: ut de aliis  
fileam: nuper obleruauit apud tranquillum In nerone: Nam ita scribit et prodit neapoli p[ri]n[um]  
ac ne concusso quidem repente motu terrę theatro ante cantare destitit: quā incobatum absol  
ueret nomon. Vbi nomon dictionem gr̄cam usurpat quom pro ea latinam non haberet eius  
dem significationis nomos: n. apud gr̄cos legem significat, nomos item in carmine & cātile  
na significat qualitatem & moderatonem uocis qua uel remissiore uel acutiore utimur: E andē  
que cantilenam duobus tribus ue nominis modulantur musici & quom uno totam peregerint:  
altero incobant diuerso. In de frequenter legitimus apud gr̄cos. nomos musicos. & de corīna,  
ita memorię proditum est καὶ εγράψε νομοῦσ λύρικοῦσ id est & scripsit nomos lyricos.  
nero itaque musicę studiosus quom in theatro neapoli cantaret, adeo ea gloria feruebat: ut ne

terre quidem motu deterret potuerit? quin incobatum iam nomen absoluere: & ad finē prō duceret cantilenam: eo nemo: quo cantare cooperat: Quod uerbum quom parum notum es set latiniſqꝫ scriptoribus non satis usurpatum: in omnibus tranquilli codicibus lubrica menda est deprauatum: nam ubi nomen scribi oportuit nomen ita suppositum est nullo omnino aut certe alieno sensu: q̄ incobatum absoluere nomen: Nos uero & hanc: & alias dictiones mul tas alienas deprehendimus ac mendolas apud hunc scriptorem ut in commentariis in eum cō positis plane ostendimus.

**HARASTVM** Quid sit longa commendatione graecis autoribus explicauimus in epistola quarti libri syluarū: multaque de eo docuimus quę adhuc us opinor incognita fuerunt: ea si quis uolet legere: illuc requiret.

**Q VID:** Nonne in fabii quintiliani codicibus libratorum error propagatus est conpluribus locis: quędam certe apud hunc scriptorem nō satis explicata obseruavimus: Ut illud: quom de diuersa nominum compositione moneret: Componuntur inquit aut ex nostro & peregrino ut biclinium: Contra: ut epitogium: & anticato. Vnde satis discimus: dictioies ita componi ut priorem partem aliquando occupent nostra posteriorem peregrina ueluti in biclinio: in quo nomine bis nostrum est: clinum graecum. Vnde biclinium deductum est: aliquando uero priora sunt peregrina ut in'epitogio: & anticamente: nam Epitogium genus uestis quod togę suę perinduebatur ex ēπι prepositione graeca: & toga formatum est ut Anticato Caesaris in Cato nem ex ἀντὶ praepositione item graeca & Cato Mendoza uero in plenisque codicibus seni ptum reperies: opitergium pro epitogium quod oppidi nomen quidem est: & inde opiterginis montes appellati: Sed talem non habent compositionem qualem hoc loco precipit Fabius: immo nullam: epitogium sane legenduz affirmauerim: quod & compositionis ratio suadet: & nuper legi in uetusissimo ac certissime fidei: Quintilianus Libro .

**INCIDI** nuper in quasdam laurentii commentatiunculas: quas in Fabiū compositas: In quibus cum alia desiderauit tum testium quos citat aliquando fidem: Atque adeo ut unum subiectum: ubi Fabius de uerbis peregrinis ita scribit: nam maſtrugam: quod sardum est illudcs Cicero ex industria dixit. Laurentius locuz indicans ubi id Cicero dixerit: hec addit: Cicero pro scauro: quem purpura regalis non commouit eum Sardorum maſtruca mutavit Evidem Scauri causam actam fuisse apud Ciceronem legi apud Valerium maximum & pedianum: Orationez uero a Cicerone pro illo habitam: Vnde se hec accipere Laurentius profitetur: legi nusquam neque extare arbitror: uere orę ne grammaticum a liquem ignobilem secutus haec uerba recitauerit potius quam legent: usquam apud Ciceronem: Atque ut dicas: quod sentio Quintilius uerba Ciceronis mihi indicare uidetur: quae sunt in oratione de provinciis cōſularibus hec Quod est primum dissimile: Res in sardinia cum maſtrucatis latrunculis a pretore una cohorte auxiliaria gesta: & bellum cum maximis syrię gentibus Tyrannis cōſulari imperio exercitus confectum: Maſtruca autem quid sit in secundo disputauimus?

**IDEI** Undecimo Institutionum ita scribit: Artem autem memorie primus ostendisse dicitur Simonides & paulo post Simonidem poetam fuisse: neque omnino huius rei meminit usqꝫ poeta: Idem Cicero quem fabius secutus est plinius uero in septimo naturalis historię non poem: sed medicum cum scribit. Verba illius haec sunt de memoria Ars postremo eius rei facta & inuenta est a Simonide medico. Consumata a metrodoro Iceptio. Mirandum profecto est: cur plinius a Cicerone dissentiat aliterque scribat quam Fabius: Sed mendoza est dictio apud plinium ut ego quidem arbitror: & heri obseruauit quom de Simonide non nulla apud graecuz scriptorem legerem: nam quom sex eiusdem nominis graeci fuisse tradant: singulorumque res persequantur & genus: de hoc ita affirman: Simonides leopraepis filius lyricus ex iulide oppido Cee insule post Ilesichori etatem cognominatus melicertes ut alii codices habent melicus a suavitate carminis: nā uel i significat mel: un melicus deducit artē memorię repperit: id ap-

plmū scribēdūz cōtēderim. Ars postremo eius rei facta & iūcta est a Simonide melico : nō autē medico quom poetā fusle: & grēci & latini scribāt: ac Simonides Melicus sit cognōinat⁹


DIBONI Quā pertinax menda occupauit omnes fabii codices: librariorum & interpretum culpa: qui quom non perciperent uelutatis morem neque usquam eum obseruaflent multos in errorem induxerunt. Verba hęc repeteres in primo istitutionum de grammaticę: ubi Fabius deus nominibus dīffērunt quę cum externa & peregrina sīnt in romanum usum recepta fuerunt. plurima inquit gallice ualuerunt ut Rheda ac petoritum quorum altero Cicero tamen altero Horatius utitur: & Mappā Cicero quoque usitatum nomen poeni sibi uendicauit: de Rheda & petorito: quid fabius scribat perispicuum ē . Sed quod addit & Mappam Cic: quoque usitatum nomen poeni sibi uendicauit Tam hianti compositione hęc uerba structa sunt ut facile de clarent aliquid impēdīre quo minus cohērent suo loco Sed extorqueamus quez possimus sensum: quod Cicero sibi uendicauerit hoc uerbum mappam quod nomen es usitatum poeno rum Dicant obsecro interpres ubi Cicero dixit unquā mappam suum esse uerbum: atque id sibi uendicauit: quasi Horatius Iuuenalis: alii: que poetę idem non usurpauerint: ita interpretātur Sed ne diutius inuenio nostro gloriemur Accipite ueram Fabii scriptionem: & antiquū mōrem discite. Dequo in commentariis Iuuenalis & Martialis disputauimus. in ludis circensibus mappa a prētore demitti solebat aurige uictori ueteri insituto . Tranquillus in Nerone: positi quoque in bortis inter seruitia: & sordidam plebē rudimentū uniuersorum se oculis in circo maximo prēbuit: aliquo liberto mittente mappā: Vnde magistratus solent: Martialis: cretam prētor quom uellet mittere mappam. prētori mappam surripit hermogenes. Iuuenalis interea megalesiacē spectacula mappę mappa igitur i circo usurpatūr: inde ego cōtenderim ita aspidum Fabium legendūz. Et mappam circo quoque usitatum nomen poeni sibi uendicant. Nam quom referret: quę peregrina i nostrum usum uenerint: rheda inquit & petoritum gallica sunt Sed tamen us utuntur Cicero & Horatius: & mappam poeni dicunt suum esse nomen: sed eo tamen adeo passim utimur: ur in Circo quoque & ludis circensibus id vulgatum sit: & usitatū Hoc quom nostri homines ignorarent: ubi circo scribendum fuit Cicero supposuerunt: & ne solo ecismus esset: ex uindicant: uendicauit fecerunt. Sententię nostrę antiquatis mos: uerborum cōpositio: series lensus. Denique uetus istim⁹ fabii codex constantissime astipulatur. hęc sunt francilce ex tertio lib. nostraruz obseruationuz transcripta: Totū opus exspecta: quom tibi probari intellexero: in eo hęc etiam pauca copiosius explicata sunt. VALE:

Domitius ad lectorem.

Sic mihi perpetuę contingent murmura laudis:  
Et bona post funus hora superstes eat.  
Ut nostros cupio multis prodesse libellos:  
Famaq; non ullo tincta crux placet:  
Me legat inuitus nemo: non scrip̄imus illi:  
Huic scripta est: si quem pagina nostra iuuat:

:FINIS! :S: :











89



No Caja  
A - 28